

quest. 21. nn. 1. Anton. ubi supra; & sic intelligit etiam nostram Glossam Affl. ad constit. rubric. 4. num. 1. quidquid aliter accipiunt Caspi. lib. 1. de iust. heretic. punit. cap. 19. vers. Hanc veram, & alij, vide quæ latè notavimus supra in cap. In mandatis, 43. dist. num. 1. & sequenti.

CAP. Quædam. III.

S V M M A R I V M.

1. Baronius meminit textus nostris:
2. Iusfit Martianus, ne lege Imperiali ecclæstica negotia terminarentur.

1. R. Efertur textus iste à Baron. tom. 6. anno Christi 451. num. 116. in fine, inter acta, & scripta Martiani Imperatoris ad Synodum Calcedonensem.

2. In textu. Cum enim Imperatori esset in animo multa christianæ religioni proficia sancire, abstinuit tamen ipse, sed eadem, ut à Patribus sancirentur modestissima hac rogatione postulavit, ne lege imperiali ecclesiastica veniant negotia terminanda, notat Turrecrem. hic, & præter eum conducunt ad textum ea, quæ supra notaſti in cap. 1. vers. De me licuit, hac eadem dist.

CAP. Vbi nam. IV.

S V M M A R I V M.

1. Imperator in Concilio aſſiſtit, ut fidei authoritatem praſtet.

2. Collige ex textu, quod licet quandoque Reges, & Imperatores interfuerint Concilio, non ob eam rem adfuſſe credendi ſunt, ut aliquid ipsi ſtatuerent de rebus ad fidem pertinentibus, utq; ſibi earum cognitio nem, aut iudicium uſurparent; verū ut au thoritatē, unitatē, & concordiam Concilij tuerentur, & quæ ſalubriter eſſent conſtituta, ea, ut ſervarentur, ab omnibus providerent; de quo vide optimè Huius Cardinalem. de Concilio Ecumenico, cap. 24. pag. 5. vers. Quod autem, fol. mihi 19. qui textum refert. Adde Iacobas. de Concil. lib. 7. art. 7. in principio, fol. 498. Bellarmin. lib. 1. de Concil. cap. 16. vers. Si quis obijicit. Adde poſita ad cap. 1. num. 2. ſupra, diſt. 53. noſt. 10.

CAP. Denique. IV.

S V M M A R I V M.

1. Clericus conveniens laicum in civili bus coram ſeculari iudice, poterit ab eodem ibidem reconveniri, non ſic in criminalibus.

IN Glossa ultima, ibi, Nisi per reconventionem. Ergo clericus conveniens in civili bus laicum coram ſeculari iudice, potest ab eodem ibi reconveniri, ut post Specul. in tit. & Reo, vers. Item clericus, & Petr. de Anchar. in 11. ea, que, queſt. 14. lib. 6. tradit Decian. tradit. min. lib. 4. cap. 9. num. 17. quod tamen limitabis, ut non procedat in criminalibus, nam si clericus primò laicum in iudicio, coram laico iudice accusaſſet, non poterit etiam ab eodem laico coram eodem iudice criminaliter conveniri, ut tradit Decian. ſupra citato loco, & docuit Aufret. in repet. Clement. 1. de officio Ordinis. in 2. reg. num. 4. vers. Quinto niſi.

CAP. Cum ad verum. VI.

S V M M A R I V M.

1. Potestas ſecularis, longè diſtaſ ab ecclæſtica,
2. Utrum Papa habeat potestatem in temporalibus extra terras patrimonij ecclæſiae?
3. An Christus Dominus, qua homo, ha buerit dominium in temporalibus?
4. Summus Pontifex leges temporeſ ex tra terras patrimonij condere nequit.
5. Respondetur ad cap. ultim. de præcript. & cap. 2: de exception. in 6.
6. Opinio Affl. reprobatur.

IN textu. Qui probat diſtinctam eſſe potestatem ſecularem ab ecclæſtica. Meminere huius textus, quoad hanc resolutionem Præposit. in cap. Cerium, num. 4. diſt. 10. Narat. de foſe compet. confil. 1. num. 2. & 3. latiflīmē

Latissimè Jacobac. de Concil. lib. 7. art. 7. post principium. **Ludovic.** Correa in Relect. ad cap. Inter alia, de immunit. ecclesiar. 2. p. num. 34. ante finem. **Pax** in praxi, tom. 2. pag. 1. col. 2. à num. 1. ubi plures textus refert Cevalb. de commun. contra communis, quest. 339. num. 24.

2 In textu, ibi, Nec Pontifex nomen Imperatorium usurpavit.

Tangit Papa hīc celeberrimam controversiam, quām nostri, atq; Theologi latissimis cōmentarijs exornarunt; an scilicet Sūmus Pontifex in temporalibus habeat potestatem extra terras, & patrimonium ecclesiæ, ut constat ex nostris in cap. Per venerabilem, §. Rationibus, ibi. In alijs Regionibus temporalem, &c ceter. qui filij sunt legitimis, & in cap. Novit, de iudic. &c in cap. Solitæ, de maiorit. &c in cap. Grandi, de supplend. neglig. lib. 6. Extravag. Vnam sandam, de maiorit. & ex Théologis in 4. distinct. 24. & ultra alios latissimè disputatione Turrectem. de potest. ecclesiæ, lib. 2. cap. 103. cum sequentib. Albert. Pig. de ecclesiast. hierarch lib 5. Driedon de libert. christian. lib. 1. cap. 15. cum sequentib. & lib. 2. cap. 2. Victor. Relect. 1. de potest. ecclesiæ, sect. 6. Sot. de iust. lib. 4. quest. 4. art. 1. & super Matth. cap. 28. fr. Anton. de Cordub. question. lib. 1. quest. 57. dub. 3. Bellarm. tom. 1. de Roman. Pontifice, lib. 5. à princip. Pater Suar. de leigb. lib. 3. cap. 6. nu. 3. & lib. 4. cap. 9. per totum. Pater Molin. de iustit. disp. 29. tom. 1. Ex nostris verò omnium latissime Navarr. in d. cap. Novit, de iudic. notab. 3. per totum. Menchae. Illustrum, lib. 1. cap. 21. à num. 1. Covar. practicar. cap. 1. nu. 2. concl. 2. & in reg. peccatum, 2. p. 9. 9. nu. 7. latissimè disputat multos ad utrāq; partem referens Cevalb. cōmun. tom. 1. q. 645. à nu. 4. Morla in Empor. iur. tit. de iurisd. omnium iudic. q. 4. Tusch. tom. 6. concl. 45. Ex quorū resolutionibus veram, & receptam colliges doctrinam, quod directè Sūmus Pontifex potestatem non habet in temporalibus, & sic procedit nostrum cap. in præsenti, & dict. cap. Novit, cum similibus; eam tamen habet casualiter, & indirectè in ordine ad spiritualia, quoties scilicet ad spirituale bonum fuerit necessarium.

De eo verò argumento, quod Doctores afferunt in proposito, de dominio, & potestate Christi Domini in temporalibus, an illud actu habuerit, quā homo est, & in Vicarium suum Roman. Pontificem transmiserit, vide multa, quæ ultra præcitos latissimè prosequitur fr. Alphon. de Mendoça, per integrā relectionem de universal Christi dominio, & Regno, ubi omnes tām antiquiores, quām recentiores plenè cōmemorat, & addit quæ brevius, & resolutius Pater Molin. de iust. d. tom. 1. disp. 28. & Suar. ad 3. p. D. Thom. tom. 1. disp. 48. sect. 1. & 2.

Ex dictis infertur, non posse Pontificem leges temporales extra terras patrimonij con-

dere, ex defectu nempè jurisdictionis, quam probat nosser textus. Nam si Pontifex temporalem potestatem non habet, ut dictum est, deficit in eo iurisdictio condendi leges. Notat optimè Bellarm. de Roman. Pontif. tom. I. controver. 5. cap. 6. col. 1064. vers. Quantum ad leges. Similiter non potest temporales leges directè abrogare, quod probatur, quia si potuisset has leges revocare, potuisset etiam alias condere, iuxta regul. l. Nihil tām naturale, ff. de regul. iuris, reg. 1. eouenit. in antiquis, atq; non potest leges condere, ut modò dixisti; ergo nec revocare. Secundò p̄batur, quia si aliqua ratione Pontifex hoc posset facere, esset propter spirituale periculum, quod ex ipsis legibus redundaret, sed leges civiles, licet ex ipsis peccandi occasionem subditi arripiant, vel aliquod periculum peccati oriatur, iustæ sunt, nec possunt abrogari. Ergo nulla ratione potest Pontifex hoc facere. Maiores probat cap. ult. de præscription. cap. 2. de except. lib. 6. Glossa recepta, in reg. possessor. de regul. iuris, eodem lib. & ibi latē Covar. 2. p. §. 11. à nu. 2. Sot. de iustit. lib. 4. quest. 5. art. 4. Ordinat. lib. 3. tit. 64. in principio. Minor verò multis exemplis probari potest, & in primis ex l. De quibus, ff. de legibus, cap. ult. de consuet. quatenus consuetudini præscriptæ autoritatem legis præstant, cum tamen periculum peccati afferrant, quia ante præscriptam consuetudinem, omnes qui ea utuntur, peccant, eo quod lex contraria viget, & necessariò obligat ad culpam, antequam sit abrogata, Glossa recepta, verbo, constituerunt, in cap. Qua in ecclesiistarum, de confluent. D. Thom. 2.2. quest. 69. art. 4. Sot. lib. 1. de iustitia, quest. 6. art. 4. Casir. de leg. pænali, lib. 1. cap. 4. Covar. de sponsal. 2. p. cap. 7. §. 7. nu. 9. Victor. de potest. civili, num. 17. Insuper quemadmodum omnis lex præceptiva semper intelligitur ad culpam obligare, nisi id aperte exprimat, ut prædicti volunt; lex autem, quæ consuetudini autoritatem præstat, non deobligat à culpa, antequam sit præscripta, tūm quia id non exprimit, tūm etiam quia non iuber consuetudinem contra legem induci, sed postquam introducta est, vim legis præstat, & utrum illo peccato diuturno subditorum voluntario in bonū cōmune, inde fit, ut illa lex occasionem delinquendi præstet, & tamen iusta sit, & abrogari nequeat à Pontifice. Simile exemplum habetur in pacto nudo, ex quo lex civilis actionem denegat, l. Iuris genium, §. Iguitur nuda, ff. de pact. cum tamen in conscientia ex pacto nudo, quis obligetur iure naturali, l. 1. ff. de pact. Item in l. quæ deceptis intra dimidiā denegat remedium l. 2. Cod. de rescind. cap. Dilecti, de emplion. Cum tamen certum sit, peccare eos, qui decipiunt in pretio. Postremò in l. quæ sententiae etiam iustæ autoritatē rei iudicatæ præstat cap. Cum inter. de re iudicata, & tamen exploratum est,

Cccc non esse

Prima pars Decreti.

846

non esse tantum in conscientia victorem, qui scit sententiam iniustam esse, ut resolvunt omnes in cap. Novit, de iudic. Tandem in omnibus legibus, quae ad aliquid petendum certum tempus constituant, ut Ordinatio lib. 4. in. 32. de quibus vide multa per Conar. in dict. reg. possessor. 2. p. dict. §. 11. à num. 2. Dueñ. reg. 306. Gam. decisi. 334. quae tamen leges iusta sunt, licet debitum in conscientia non extinguant, pro ut in simili resolvit D. Thom. Quodlibet. 12. articul. 25. Adrian. Quodlibet. 6. artic. 3. Covar. resolut. lib. I. cap. 9. num. 5.

5 Sed tamen in contrarium viget dict. cap. ult. de prescript. & cap. 2. de except. in 6. & quae diximus supra in hoc textu, num. 2. in fine, ultra ea, quae tradunt Doctores, ubi supra. Quare omisssis multorum sententijs, de quibus per Conar. in reg. possessor. 2. p. §. 11. à num. 3. dicendum est, leges civiles aliquando de temporalibus ita disponere, ut nullum prejudicium spiritualibus afferat; & tunc quanvis parum conveniat Reipub. non potest Pontifex eas abrogare, & ita nostra resolutio absque ullo dubio procedit, aliquando vero leges civiles aliquid statuunt, unde peccandi occasio arripiunt, & tunc distinguendum est, nam si bonum temporale, quod lex intendit, maioris momenti sit, quam illud spirituale periculum; & occasio peccandi non data à lege, sed accepta à subditis, nec sit aliud medium cōmodius, quo bono publico consularit, leges civiles iustissimæ erunt, nec poterūt abrogari per Pontifices, & ita procedunt omnes leges, & exempla supra posita; quia licitum est Legislatori uti peccato voluntario subditorum in bonum cōmune, & quācūq; occasionem malitiæ subditorum arreptam negligere. Sin autem spirituale periculum, quod lex afferat, maius sit, quam bonum temporale, quod intendit, vel detur aliud medium minus periculosum, tunc lex iniusta erit, & tanquam spirituale bonum offendens, abrogari potest per Pontifices, & ita procedit textus in d. cap. ult. de prescript. cuius ratio in fine posita, ibi. *Quasi ne peccato mortali, &cōcēt.* Ita interpretari debent, ut predictis convenient, vel ut velit revocandam esse omnem legem, in cuius observantia peccatum datur, quia illi, in quos præceptum legis principaliter dirigitur, non possunt eam servare sine peccato, quia legi divinæ repugnat. Semper tamen Pontifex tenetur Reges prius admonere, ut leges, quas propter spirituale periculum abrogandas putant, revocent ipsi, & si illi neglexerint, tunc propria potestate revocabit, & in hoc Pontifici adversus Reges parendū esse.

6 Infertur deinde falsam esse sententiam Afflīct. in cap. 1. num. 12. de feudo Marchiæ, dum ait Regna vacantia ad Pontificis dispositionem pertinere, confunditur enim ex dictis in principio.

C A P. Satis evidenter. VII.

S V M M A R I V M.

- 1 Potestas ecclesiastica, nec potest ligari, nec absoluvi à seculari.
- 2 Summus Pontifex à nemine potest iudicari.
- 3 Clerici Dij appellantur.
- 4 Candidianus quis fuit, & quae eius vita?
- 5 Ignatius fuit Patriarcha Constantino-politanus.

IN textu. Probat evidenter ecclesiasticos non posse solvi, nec ligari à potestate seculari, quod procedit ex ea ratione, quia ecclesiastici sunt exempti à secularibus potestatibus, ex resolutis p. Dueñ. reg. 110. Marant. de ordin. iudicior. 4. p. dist. 11. nu. 2. & questionibus legalib. disp. 8. nu. 13. Suan. in defens. fidei, lib. 4. per totum. Anast. German. de immunit. ecclesiast. lib. 3. cap. 17. nu. 66. optimè Bellarm. tom. I. de Romano Pontifice, controver. 3. lib. 2. cap. 29. col. 817. vers. Respondeo, faciant præterea verba Constantini Imperatoris præsidentis in Nicæna Synodo, cum querelam quorundam consiperet coram se delatam, ait. *Vos à nemine iudicari potestis, quia ad Dei solius indicium reservamini;* ut refertur in cap. Futuram, 12. quest. 1. & in cap. Continua, 11. quest. 1. conducunt præterea ad resolutionem textus, quæ scripsimus supra in cap. Benè quidem, bac dist. à nn. 1. & sequentib.

In text. ibi, *Nec ligari prorsus, nec solvi posse Pontificem.* Ergo Summus Pontifex à nemine potest iudicari, aut deponi, de quo vide optimè Bellarm. ubi proxime, cap. 26. col. 805. qui nostri textus meminit, & sequentibus, ubi plenissimè totam exhaust quæstionem adversus Marsil. de Pad. & alios hereticos, facit celebrem dictum D. Ambrosij in oratione de tradendis Basilicis, ad finem. *Bonus, inquit, Imperator inter ecclesiam est, non super ecclesiam;* & aliud Nazianzen. in oratione, in qua se excusat ab ecclesiastica functione. *Vos, ait, nolite pascere pastores, neque super terminos eorum elevamini, satis enim est robis, si rectè pascimini, nolite inicare iudices, nec leges feratis legislatoribus.* Facit cap. Si Papa, ubi notasti supra distinet. 40. An autem Concilium generale sit supra Papam, ita ut eum possit deponere, vide eundem Bellarm. ubi supra, lib. 2. à cap. 13. & 14. & sequentibus, & ibi plures, qui omnes tenent Papam non subesse Concilio. Similiter quid dicendum sit de Papa

de Papa incidente in hæresim; à quo condemnandus est, vide eundem cap. 30.

In textu, ibi, Nec posse Deum ab hominibus iudicari. Collige ex textu clericos Deos appellari, ita deducitur ex Psalm. 81. ibi. Ego dixi Dij estis, & filii excelsi omnes. Christi etiam appellantur in Psalm. 104. ibi. Nolite tangere Christos meos.

In textu, ibi, Candidianus.

Meminit huius viri Baron. tom. 5. Annal. anno Christi 431. num. 44. ubi inter scripta Theodosij ad Synodum Ephesinam primam, refert textum nostrum, & causam missionis Candidiani ad dictam Synodum, nempè ut curaret, quod omnia ibi tranquile agerentur, ipse tamen improbe se gessit, exercens nempè tyrannidem contra orthodoxos, viasq; & itinera custodiri iubet, ne littere de his, quæ in Synodo acta essent, ad Imperatorem deferrentur. Multa præterea mendacia consercivit, quibus tentabat discordiam inter Patres Concilij, & Imperatorem, quæ omnia refert Baron. ubi proximè, num. 67. & sequentibus.

In textu, ibi, Ignatium. Qui fuit

Constan-

tinopolitanus Patriarcha, ut notat Turcessemat. hic, nu. 2. & expulsus iniuste ab Imperatore, de quo in nostro textu, quia non poterat depone-
re episcopos ex ratione, de qua supra, licet Ca-
riolus Imperator habuit ex privilegio Synodi,
ne sine suo consensu consecraretur, vel insti-
tueretur episcopus, ut scripsit Coyar. practicar.
cap. 35. num. 5. post principium.

CAP. In scripturis. VIII.

S V M M A R I V M .

**I Peccata sacerdotum quantum fieri pos-
sunt, debent occultari.**

In textu. Cuius decisione probatur, peccata sacerdotum, quantum fieri possit, occultanda esse, propter scandalum, quod ex illis exurgere possit. Meminit huius textus resolutionis Paul. Fusib.
de visitat. lib. 2. cap. 15. num. 40. & circa illum vi-
de Decian. respons. 8. vol. 1. num. 16. plura de re-
verentia, & honore, quo sacerdotes debent
tractari, vide per Palat. Rub. de inst. & iure obtent.
Regn. Navarr. 4. p. §. 6. ante finem. Refert eun-
dem textum Anton. in suis Chronicis, p. 1. tit. 8. cap.
2. fol. 215. §. 8. post principium.

C A P. Quis dubitet. IX.

S V M M A R I V M .

**Sacerdotes Principum sunt magistri, &
non decet, quod familiares capella-
ri sint.**

In textu. Ergo sacerdotes Principum sunt magistri. Meminit hu-
ius textus, quoad hanc resolutionem, Felin.
in rubr. de maioris. & obedient. nu. 12. ubi ait,
notandum esse hoc ius, & similia contra illos
miseros sacerdotes, qui hodie se faciunt fami-
liares, capellanos, & assumentes sibi alia inde-
cora officia, cum illis deceat subesse omnes
Reges, & Imperatores christianos, ut docet Pa-
lat. ubi proximè, de inst. & iur. obtent. Regn. NA-
var. 4. p. 4. §. 6. ante fin. ubi plura de dignitate
sacerdotali videre potestis, præter ea, quæ iam
notasti ad cap. Sacerdotes, per totum, dist. 93. Ex
qua sacerdotum dignitate notabilis effectus in-
surgit, nempè quod sacerdotes non possint vo-
cari ad iudicium sine venia prius petita, ita no-
tavit Ias. in §. penales, num. 73. Inst. de ab. ubi id
cogitandum reliquit, & notabile hoc appellat
Pères lib. 1. tit. 3. l. 2. Ordinam.

C A P. Duo sunt. X.

S V M M A R I V M .

- 1 Acta quedam Gelasij Papa enarrantur.
- 2 Duplex est potestas, alia spiritualis, alia
temporalis, quæ iuxta diversos fines
specificantur.
- 3 Vtrum ad validitatem excommunicationis
necessaria sit aliqua citatio?
- 4 Quæ iura, & Doctores agant de necessi-
tate citationis ad excommunicationem,
& alias censuras?
- 5 Contumacia unde dicatur, & quid sit?
- 6 Dividitur contumacia, secundum va-
rios, & multiplices respectus, & quæ-
ta sit differentia inter utrumque
membrum?

**In subscriptione, ibi, Gelasius
Papa.** De quo scripsit Alphons Chacon de
vitis, & gestis Pontificum, sub Gela-
sio I. anno Domini 434. Hunc Gelasium excom-

municasse Anastasium Imperatorem, adde Platina in vita ipsius Pontificis, de eodem etiam narrat Lusitanus noster Religiosissimus vir fr. Ludovic. de Angel Ordinis eremitarum D. August. in suo viridario sanctorum Lusitanorum, fol. 107. confirmasse, receperisseq; sub sua protectione quoddam monasterium fundatum à sancta Matrona virginine, & Matre Lusitana iuxta Capuam sub honore D. Prisci ob sanitatem precibus eiusdem Prisci recuperatam. Alia de Gelasio primo, vide supra in cap. Cettum, 10. dist.

2

In textu. Collige ex eo manifestè, duplēcē esse potestatem, aliam nempē ecclesiasticā, quæ spiritualis dicitur, aliam laicā, quæ scilicet temporalis, seu Politica appellatur, inter quas magnū interest dis-
crimen, ut probat textus in cap. Solite, de maiorit,
& obedient. notat Euseb. de visitat. lib. 2. cap. 21. à nu. 1.
Molin. de sust. tract. 2. disp. 21. col. 8. vers. Habemus.
Sot. eodem tract. lib. 4. q. 4. §. In hac, vers. Sunt nū-
hileseciū. Cevalb. contra cōmunes. q. 739. nu. 9. Navar.
in cap. Novit, de iudic. notab. 3. nu. 24. & 88. Bellarm.
controvers. 3. lib. 5. de potest. Pontificis temporalis, cap. 6.
col. 1. & 2. Propos. in cap. Cettum, 1. nu. 4. dist. 10.
Addē quæ notaibi supra, in cap. Benē quidem, sub
vers. Inferintur 2. & in cap. Cum ad verum, bac eadem
dist. Tract. de perfecto clero, lib. 1. cap. 18. nu. 2. De-
cian. tract. crimin. lib. 4. cap. 10. vers. Quinquagesimo,
ea tamen potissimē cernitur differentia ex si-
ne, in quem utraque potestas principaliter or-
dinatur, & dirigitur; etenim ecclesiastica, seu
spiritualis in finem supernaturalem. Laica ve-
rd, seu Politica in finem naturalem, & exter-
num principaliter dirigitur, & instituta est, se-
cundūm præcītatos, qui etiam eandem consti-
tuunt differentiam inter utramque, qualis est
inter Solem, & Lunam, quia sicut hæc inter se
distinguunt secundum maiorem, aut mino-
rem lucem, & dignitatem; ita etiam potestas
secularis ab ecclesiastica; alias præterea diffe-
rentias prosequere cum supra citatis.

3

**In textu, ibi, Ambrosius, iun-
cto ibi, Proculpa.** Colligunt ex hoc tex-
tu aliqui DD. nullam
citationem, neque monitionem esse necessariam
ad validitatem excommunicationis, vel al-
terius censuræ, ac proinde potest ferri à iudice
excommunicationis propter peccatum præteritum
abf; alia contumacia, præter eam, quæ est in
transgressione præcepti, ut potè quia D. Ambros.
ob factum omnino præteritum Theodosium
Imperatorem excommunicavit, scilicet, occisi-
onem Innocentium, ut refertur in cap. Cum apud
Theſalonitam, 11. quest. 3. tenent hanc partem Ca-
jetan. 2. 2. quest. 69, art. 2. & constanter, & ex
professo tenuerū Cordub. lib. 2. quest. 27. vers. Ad 2.
probationem. Verum contraria sententia verior

est, & procul dubio cōmunis, & receptissima,
ut fatetur ipse Cordub. & expressē tenuit. Sot. in
4. dist. 22. q. 4. art. 2. conclus. 4. & 5. Ledesm. secun-
da quarti, q. 23. art. 3. dubit. 3. incipit. Sed h̄abitabis,
& post Innocent. Navarr. in Manual. cap. 27. nu. 11.
vers. Quod adeo verum est. Henrīq. in summ. lib. 13.
cap. 16. §. 2. iuncta littera N. & sequenti, & cap.
17. §. 3. & constanter tuetur contrarijs satisfa-
ciens Pater Stephan. de Avila, de censur. disp. 1. cap. 5.
dubit. 10. Suar. de censur. dub. 4. sect. 5. per totam.
Gutierr. Canonicar. lib. 2. cap. 16. à nu. 1. & per to-
tum ubi nu. 17. & sequenti, videbis ab eo cita-
tum pro hac parte Victor. Cardinal. Araceli, &
alios, qui etiam loquuntur, quando constat no-
toria, & manifeste de criminis, quod adhuc sit
necessaria citatio, seu monitio, ut feratur excom-
municationis. Suar. de censur. disp. 3. sect. 10. nu. 11.
Gabr. cōmūn. lib. 2. de citation. conclus. 1. nu. 165.
Quanvis contradixerit Covar. in cap. Alma, 1. p.
§. 9. nu. 6. & post Glossam ult. in d. cap. Cum sit Ro-
mania, dē appellat. Resolvit Felin. & plures, quos
refert Gabr. ubi proximè, nu. 167. Vtrum Re-
ges possint ab episcopis excommunicari, vide
posita ad cap. Certum, nu. 5. dist. 10. & ad cap. Va-
lentinianus, 3. nn. 3. & 4. supra, dist. 63.

Vltra supradicta videbis circa necessitatē
monitionis, seu citationis ad excommunicationem, vel alias censuras, texium in cap. De pri-
byterorum, 17. quest. 4. & in cap. Reprehensibilis, 26.
& in cap. Cum speciali, de appellat. & in cap. Sa-
cro, de sententia excommunicationis, & in cap. Roma-
na, vers. Sed nec, & cap. Statuimus, & cap. Consi-
tutionem, eodem tit. in 6. Ex quibus notarunt
præter ordinarios ibi, Navarr. & Covar. citatis
locis, late Hugolin. de censur. tabula 1. cap. 18. à
principio, & plures adducti à Gabr. dist. nu. 165.
& 168. Garcia Falcon. regul. 68. latè Gutierr. ubi
proximè, cap. 16. à principio. Tolet. in summ.
lib. 1. cap. 9. qui omnes notant semper necessariū
esse ad validitatem excommunicationis, aliquam citationem, vel monitionem, & iux-
ta resoluta intelligitur textus noster, vel quia
peccata commissa, de quibus hic talia fuisse,
ut per aliquam publicam satisfactionem, dam-
num, vel scandalum ex illis generatum aufer-
ri oportet. Vel quia fortasse Ambrosius se-
pius Imperatorem ipsum monuit, ut facti pœ-
niteret, & debitam exhibere satisfactionem,
ut colligitur ex textu, in dict. cap. Cum apud The-
ſalonitam. ibi. Ob hoc sacerdotibus, & cum contumax
exitisset, tunc eum excommunicavit, & ideo
illæ censuræ, vel excommunications non
fuerunt latè propter solum peccatum commis-
sum in pœnam eius, sed ad extorquendam
condignam pœnitentiam, vel satisfactionem.
Ita Suar. dict. sect. 5. nu. 23. ubi videbis plura res-
ponsa ad alia iura pro hac communiori opi-
nione, vel etiam responderi potest cum multis,
Ambrosium non excommunicasse Theodosium,
sed solum

sed solum ingressum ecclesie interdixisse. Ex dictis colliges, posse episcopum excommunicare Reges, & Imperatores, de quo vide posita in d. cap. *Certum*, 10. dist. & quae infra opportunius dicemus in cap. *Balaam*, 2. q. 7. *Sot. de iust.* d. lib. 4. q. 4. §. In hac, d. vers. *Nihilo secundus*.

In Glossa, verbo, Videbatur, ibi, Qualibet contumacia digna est.

Dirivatur contumacia, sive à contemno, sive ut alij volunt à contumice, propriè loquendo importat vitium virtuti obedientie contrariū, in eo consistens, quod aliquis superiori, & cui tenetur, non obtemperat; ut colligitur ex l. *Contumacia*, 53. ff. de re iudic. cap. *De illicita*, in fini. 24. quest. 3. tradunt *Cardin.* in *Clement.* de *dolo*, communis, in *Rubr.* illo tit. num. 12. *Marant.* 6. p. membro 2. num. 7. *Petrus Gregor.* *Synagm.* lib. 48. cap. 3. num. 5. & post *Suminas*, verbo, *contumacia*, *Rebus ad leg.* *Gall.* tom. 3. tract. *de contumacia*, in *prafat.* num. 6. & num. 14.

Dividitur contumacia à Doctoribus multipliciter secundum varios, & multiplices respectus, ut p. *Glossam*, verbo, *Contumaciter*, & omnes in d. cap. 2. *de dolo*. *Marant.* ubi supra, num. 8. secundū quos aliquando dividitur in evidentem, veram, presumptuosam, interpretativam, seu fictam, non nunquam in manifestam, & frequenter quoad excommunicationem, de qua in præsenti, & alias iuris articulos dividi solet in contumaciā, quae in non parendo, & quae in non comparando, seu in non veniendo consistit. Prior cōmittitur, ubi quis per se, vel per alium comparuit apud iudicem, vel superiorem, sed tamen non paret, idest non exequitur preceptū illius, sive in dando, sive in faciendo; posterior vero ibi vocatus, aut iussus venire, & nec p. te, nec per alium comparuit, aut venit *Gloss. ultim.* in l. ult. §. 1. ff. de appellat. & *Glossa* ult. in d. *Clem.* I. *de dolo*, ubi DD. omnes, in cap. 1. *de indic.* & alibi, quos vide per *Covar.* in cap. *Alma.* 1. p. §. 9. d. num. 3. *Tirag. retratt.* *Lignag.* §. 9. *Gloss.* 2. num. 42. & *Henriq.* lib. 13. summ. cap. 23. num. 3. lit. A. secundum quos posterior contumacia longè gravior est, & differt à priori, quia licet excommunicatione maior pro levi causa, idest p. contumacia ex levi causa in non parendo infligi nequeat, iuxta cap. *Nemo episcorum*. cum sequenti, 11. quest. 3. p. contumacia tamen in non comparando etiam super levi causa, quae peccatum mortale non constitutat, imponi potest, quae est propria, & totalis resolutio nostræ *Glossæ*, quam DD. sic intelligunt, & recipiunt, ut videre est per *Abb.* in cap. *Sane.* o 2. num. 5. *de offic. delegat.* & in cap. *Accedens*, o 1. num. 4. *Vt lite non contestata.* idem in cap. 1. num. 10. *de iudic.* *Card.* in cap. *Cum non ab homine.* col. 2. vers. In fine eiusdem *Glossæ*, eodem tit. singularis appellatur à *Ripa* in d. cap. 1. *de iudic.* num. 29. post princip. &

est *Glossa* similis in l. *Actionibus*, verbo, non etiam, ff. de in litem irando. Alia congerit *Peres ad lib. 8.* *Ordinam.* tit. 5. l. 1. col. 8. *Dec. in d. cap Sane*, num. 4. *Dueñ.* reg. 153. ampliat. 3. *Covar.* ubi proxime, & ex hac posteriori contumacia ex eo, quod gravior sit, sequitur contumaces in non comparando appellare non posse, l. Et post. 73. §. ult. ubi *Glossa* penult. ff. de iudic. l. *Properandum*, §. sim autem reus, v. eti. Cum ei, *Cod.* codem tit. cap. ult. vers. *Sunt*, & *quorum*, 2. quest. 6. Sed tamen distinctio illa inter contumaciā, quae provenit ex non parendo, & non comparando, reprobatur à multis, & confunditur ex ijs, quae contra illam tradit *Aretin.* in d. cap. 1. *de iudic.* ubi *Dec.* num. 12. *Betous* num. 100. *Covar.* ubi supra, d. num. 3. *Palat.* in *repet.* *Capituli*, §. 18. num. 23. qui omnes nullam constituant differentiam specificam inter unumque membrum, sed solum secundum magis, & minus, ex eo, quia gravior est contumacia in non comparando, quam in non parendo, quod nullo modo constituit specificum discrimen, ex vulgari regula, quod maius, & minus non differunt specie, iuxta text. in l. ult. ff. de fundo instruct. & addit *Palat.* posse etiam pro contumacia ex levi causa in non parendo, excommunicari illum, qui noluit parere. Hæc, & alia videre poteris per supra citatos, præfertim *Covar.* d. num. 3.

CAP. Si Imperator. XI.

S V M M A R I V M.

- I *Authores, qui nostri textus meminere.*
- 2 *Exemptio clericorum à potestate civilis, utrum sit de iure divino?*

M Eminit huius textus *Boer.* decis. 69. num. 5. *Præposit.* in cap. *Certum*, num. 4. dist. 10. & vide *Menich.* *de success.* §. 22. num. 58. *Cevalh.* *cōmuni-* *controver.* q. 350.

In Glossa, verbo, Et discutit.

Tenet *Glossa*, exemptionem clericorum à potestate seculari esse de iure divino, non autem humano, similis *Glossa* in cap. *Quoniam*, de censib. lib. 6. sequuntur hanc opinionem omnes in nostra *Glossa*. *Roman.* singular. 414. *Cardin.* in *Repet.* *Capituli* perpendicularis, de sentent. excommunicatione opposit. 7. *Abb.* num. 7. *Felin.* num. 7. in cap. *Ecclesia Santa Marie*, de constit. & alijs plures, quos refert *Covar.* practic. cap. 31. à num. 1. *Navarr.* in d. cap. *Nouit.* de *iudic.* notab. 6. *Corol.* 1. num. 1. *Peres ad lib. 2.* *Ordin.* lib. 3. tit. 1. vers. *Quero utrum Papa posuit.* *Aliat.* in cap. *Cum non ab homine*, *de iudic.* num. 3. plures alijs quos citat ipse *Peres*, *Ias.* in l. *Est recepi* num. 3. ff. de *jurisdictione omnium iudicium*, qui valde notabilem appellat *Glossam*

hanc. Pro parte vero negativa est. Innocent. in cap. 2. de maiorit. & obedientia. Petrus Ferrarens. in practic. iij. de confessar. §. Plenam, col. 1. Medin. de restitu. quas. 15. In eam inclinare videtur Cesar. d. cap. 31. num. 2. vers. Contraria opinio, ubi plenissime totam questionem discutit, & post omnes, quos citat, illam prosequitur Correa in sua Select. ad cap. Inter alia, de immunitat. 2. part. à num. 4. & sequentibus, quos videre poteris.

CAP. Nunquam, XII.

S V M M A R I V M .

1. Nunquam, adverbium, quid significet?

IN limine textus, ibi, Nunquā. Adverbium hoc licet, quandoque idem significet, quod, raro, ex Gloss. i. in cap. Nunquam, i. quas. 1. tenet Turrecrem. ibidem, num. 1. Alex. Scot. iii. N. Hic tamen procedit, & intelligitur pro omnimoda negatione illius, quod intendit; idest quod nullo tempore, nec ratione possint sacerdotes iudicare de Pontificibus ex ea ratione, de qua supra in cap. Duo sunt, cum ibi notatis, & cap. Benè quidem, hac eadem dist.

CAP. Constantinus. XIII.

S V M M A R I V M .

1. Constantini Imperatoris parentes enarrantur.

2. Plurimi Authores existimarūt Helenam fuisse concubinā Constantij, sed male.

3. Unde orta fuerit occasio existimādi Helenam concubinam, & filiam hospitis?

4. Cuius filia fuit Helena, & quomodo in matrimoniu eam accepit Constantius?

5. Connatur Helena inter glorie beatos; Crucem Domini invenit.

6. Quo anno fuerit inventa crux coniatur, & quando Helena obiit, & ubi sepulta fuit?

7. Ex Helena solum Constantinum suscepit Constantius, sed tamen plures alios a Theodora.

8. Enumerantur anni Imperij Diocletiani, & Maximiani, quos sequitur Constantius pater Constantini.

9. Invasit Galerius Italiam, à qua decessit Constantius, & in Britānia reliquit Imperium Constantino, qui feliciter progreditur mortuis pluribus tyrannis, pricipue Maxentio, quem signo crucis profligavit. & num. 10.

10. Parat Constantinus bellum adversus Maximum, & baptismum suscipit à beato Sylvestro.

11. Duxit in uxorem Faustum, ex qua quatuor suscepit filios, praeter Crispum, ex Minervina, & narratur mors ipsius Crispi.

12. Plura templa edificavit, bona ecclesijs concessit, leges gentilicas abrogavit.

13. Considerantur anni, quibus vixit Constantinus, & imperavit, tandem eius interitus, & funus narratur, Imperij divisio inter filios ponitur.

14. Describitur facies, tam corporis, quam animi, & eius mores traduntur. & num. 16.

15. Qui Romani Pontifices tempore Constantini vixerent.

16. Multi insignes viri eo tempore floruerent, pricipue Lactantius Firmianus.

17. Vita eremita cum temporis incepit, in qua viguere plures Anachoretæ, & quales fuere?

IN textu, ibi, Constantinus. Qui fuit filius Constantij Imperatoris, & Helenæ eius uxor, ex utroque genere clarissimus, nam ex paterno duxit originem à Claudio Iuniore Imperatore, Frater Ioann. de Pineda in Monarch. ecclesiast. p. 2. lib. 12. cap. 1. §. 3. in princip. & cap. 2. §. 1. ex quo provenit Crispus, qui filiam Claudiam nomine habuit, & hæc cum nupta esset Eutropio viro Dardano, peperit illi Constantium patrem Constantini nostri, & si altius repetatur eius stemmatis principium, à Vespasiano cum trahere originem dixerunt aliqui, ut ex Trebellio, & Sueton. refert Baron. Annal. tom. 2. anno Christi 608. num. 2. & tom. 3. anno Christi 306. num. 11. Ex materno autem ab Helena.

Non defuere Authores affirmantes, illam fuisse genere Bithynam filiam cuiusdam hospitis, in cuius domo receptus fuit Constantius, dum ad Persas legatione fungeretur, ibi, concubitus cupiditate cognovisse filiam eiusdem hospitis, quæ nomine Helena dicebatur; ex qua Constantinum natum fuisse, propterea que eam hospitis

hospitis filia D. Ambrosius in oratione funebris Theodosii appellavit. Sed haec historia mendacissima appellatur à Baron. d. tom. 3. anno Christi 306. num. 14. & eam pluribus destruit fundamētis; imò apertissimē constat, Helenam fuisse legitimam Constantij uxorem, nam exploratū est apud omnes antiquos historicos, qui res Constantij sunt prosecuti, Maximianum Herculeū adoptasse sibi Constantium, ut ei coniungeret in matrimonium Theodoram prævignam suā, coegisseque eundem, ut repudium daret Helenae priori uxori; testantur Europ. lib. 9. & Victor. in Diocletianum, quos sequitur Baron. d. tom. 3. anno Christi 306. num. 17. & tom. 2. anno Christi 292. n. 1. Atqui cū compertum sit non posse fieri repudium nisi legitimæ uxoris, manifeste colligitur Helenam non adh̄esisse Constantio concubinam, sed legitimam, & propriam uxorem; Fortificatur, & haec veritas ex nimis commenda Constantini continentia ab Ethnico quodam Gallico in panegyrico, 1. ad ipsum, quo præcipue laudat continentiam à Patre hereditariam his verbis. Neque enim forma tanum in te patris Constantini, sed euā continentia, & paulo post. Quo enim magis continentia patris aquare potuisti, &c. Vnde infertur Constantinum non habuisse concubinam, imò potius continentia claruisse, nec est credibile Oratorem hunc, qui de Constantij castitate locutus fuit pro concione falsum narrare coram nobilissimo, ac florentissimo auditorio cuncta sciente.

Opinio haec, quæ apud antiquos historicos serpsit de concubinatu Helenæ, potius oriū fortasse ex legibus Romanorum, quibus cautus erat, si præfectus cohortis, vel equitum, aut Tribunus contra interdictum, uxorem duceret in ea Provincia in qua officium gerebat; matrimonium non esset, quia hoc prohibebat ratio potestatis, per textum in l. præfetus, ff. de ritu nuptiis. & ideo quia Constantius acceperat uxorem in Provincia, in qua potestatē exercebat, dabatur occasio existimandi eam concubinam potius, quam uxorem, sed non considerarunt dictum Pauli Iurisconsulti in l. eos, qui ibi. Si post depositum officium eiusmodi in eadem voluntate perseveret iustas nuptias effici, & aliud Vlpiani in l. Si quis in Senatorio ff. eodem tit. de ritu nupt. in hæc verba Quanvis uxor eius non sit, tamen ea conditione, si desierit esse Senator, tunc uxor eius esse incipiat. Quibus authoritatibus manifeste constat, quod quanvis aliquis, dum in officio esset matrimonium non efficeret cum qua contraxit, tamen si postea desierit esse officialis, eo ipso veras nuptias, & matrimonium incipi. Talis videtur fauile causa Helenæ, cum qualicet Constantius dum præfectus, seu legatus esset, verum matrimonium celebrare non potuerit, tamen quando relinquatur officium, iam veras nuptias cō-

traxisset, ac proinde Constantinus legitimus filius censebitur, & natus semper titulo matrimonij, & non concubinatus, quod postea evētus declaravit, quia usque ad tempus, in quo coactus fuit Constantius à Maximiano dare repudij libellum Helenæ priori uxori, ut ei traderet in matrimonium eius filiam Thodoram, nunquam Constantius Helenam dimisit, nisi hoc ipso tempore ut tradit Baron. d. tom. 3. anno Christi 306. numer. 19. in fine.

Fuit itaque Helena filia cuiusdem Reguli Britannæ nomine Coel, ita Baron. citatus 3. tom. d. anno Christi 306. numer. 21. non captiva, ut male, & sine fundamento scripsit Author cuiusdam libri Ælias mundi, dicti à nescio quo inscriptus, fol. 124. in principio, & fol. 30. sequitur fr. Jacob. Philipp. Bergomens. de claris mulieribus, cap. 114. qui Coel cum ex præcipuis Britannorum esset, impatiens dominij Asclepiodoti præfecti prætorij Romanorum, contra eum bellum excitavit, atque occidit, & Britannæ Rex fuit acclamatus: quod cū vidisset Constantius Cæsar, qui Galliæ degebatur, classem ascendit Britanniæque portum, secundum mari tenuit præter Britannorum spem, cui illic obvius sit. Coel paratus ad pugnam, & ad recetem libertatem defendendam, sed debellatus à Constantio fugā cepit Coel, & inito postea pacto inter eos, ut subiiceretur Romanorum armis, & tributis concessa eidem vitæ incolumente, domi ipsius invisitum à Constantio, & ut firmior pax inter eos maneret, Helenam eius filiam in matrimonium accepit. Ita fr. Ioann. de Pined. Monarch. ecclesiast. 4. part. lib. 28. §. 2. quod coniugium obscurum existimatum est, quia cū externa, & Barbara, non Romana scēmina à tanto viro contractum esset, nepote scilicet Claudij Imperatoris, & totius Romani exercitus duce, quod obscurus postea redditum, cum creatus est Imperator, & unā cum imperio Theodora accepit uxorem, respectu cuius coniugij, vile & abiectum existimarent primum matrimonium cum Helena celebratum, & quia repudiata esset, contemptus gratia stabularia nominabatur. Nec tamen ex hoc sequitur eā fuisse ignobilem, & plebeam, sed minus nobilē respectu Theodoræ filiæ Maximiani Herculei. Tu protequere cum Baron. d. num. 22. Hect. Boethi lib. 6. hist. Scotor. Galfrid. Montueni de Principibus Britannia. Alex. sculte in Chronogra. Polido. Virg. lib. 2. hist. Angl.

Helenam fuisse inter sanctos in gloria regnantes connumeratam, nemo est qui dubiter, de quo vide D. Antonin. in Chronic. part. 1. titul. 8. cap. 2. §. 8. ad finem. Euseb. Cæsar. in hist. ecclesiast. Rusin. interprete lib. 10 cap. 7. tibi eam scēminam incomparabilem fidem, & religione animi appellat Pined. ubi primum d. §. 2. in fine, & 2. part.

*lib. 12. cap. 4. §. 1. in principio, cap. 4. §. 1. qui ait Helenam à principio Iudaismum secutam fuisse, sed postea miraculo à Sylvestro Papa præstis, fidem Christi amplexam esse, de quo *Pined. d. 2. part. cap. 4. §. 1.* per totum, & postea sanctissime vixit, divinitusque admonita crucem Domini apud Hierosolymam invenit: De loco vero, & modo inventionis Crucis, vide *Euseb. ubi proximè d. cap. 7. & 8. Epiphan. Scholastic. in histor. tripart. lib. 2. cap. 18. à principio, & deinceps ultra supra citatos de inventione Crucis, videlicet Ambros. in oratione funebri Theodosij. D. Paul. episcopum Nole epist. 11. tom. 9. Bibliotec. sanctorum. Theodoret. lib. 1. histor. tripart. cap. 18. Socrat. lib. 1. cap. 13. Sozomen. lib. 2. cap. 1. Nicéphor. lib. 8. cap. 29. Iren. lib. 2. cap. 42. Baron. tom. 3. anno Christi. 326. à n. 42. & sequentibus. D. Antonin. in Chronic. part. 1. tit. 8. cap. 2. §. 8. ante finem *Pined. 2. part. Monarch. cap. 10. §. 1. & 2.***

6 De anno autem, quo Crux inventa fuerit certò nō cōstat, licet Eusebius Papa dicat, eo præsumante inventam fuisse quinto Nonas Maij in cap. Crucis de consecrat. dist. 3. multi tamen refragantur, ea ratione, quia tempore Eusebij nec Constantinus Christianus erat, nec Helena eius mater, & ita Deorum cultrix non videtur fuisse studiosa, at solicita ad invenientiam crucem Domini, ut ex alijs refert Baron. dict. tom. 3. anno 311. num. 41. & vide *Pined. 2. part. Monarch. lib. 12. cap. 18. §. 2.* ante finem, qui etiam contradixit textui huic, respōdens ad illum ex *Masse lib. 10. Chronic.* non esse dessumptum à Pontifice summo, sed ab Eusebio Patriarcha Constantinopolitano, qui eo tempore vixit, in quo mos erat episcopos Papas appellare, & probat ex epistolis inter Hieronymum, & Augustinum missis; Cum tamen sit compertum eā tempore Constantini fuisse inventam, ut patet ex *Cyrillo Episcopo Hierosolymitano* scribente ad Constantium filium Constantini in hæc verba. Tempore quidem Deo dilectissimi, & beata memoria Constantini patris tui salutare crucis lignum Hierosolymis repertum est. *Euseb. Cesariensis ad lib. 10. hist. Ecclesiast.* affirmat, tempore Concilij Nicœni inventam fuisse crucem, *Antonin.* ubi proximè non se firmare ausus fuit certo tempore inventionis crucis, quia aliquando affirmat tempore Eusebij Papæ, aliquando negat. *Baron.* similiter d. tom. 3. anno Christi 326. num. 42. in fine, arbitrio legētis relinquit quæstionem. Ecclesia Romana in festo inventionis sanctæ Crucis non præscribit annum quo fuerit inventa, sed solum ait post victoriam, quam Constantinus ex Maxentio reportavit, Helenam Crucem conquisiisse; sed cum *Baron.* affirmet d. tom. 3. anno Christi 326. num. 42. ex Eusebio, & alijs, Crucem inventam fuisse anno sequenti à Nicœno Concilio, scilicet quitur *Pined. 2. part. Monarch. cap. 10. §. 1.* in principio (de quo licet dubitent aliqui quādo fuc-

rit celebratum, ut ex *Covar. lib. q. variar. cap. 15. n. 1. Nicéphor. Constantinopolitano in Chronolog.* Pined. d. 2. part. Monarch. lib. 12. cap. 8. §. 1. & multis, quos ibi citat, de quo iam diximus supra in cap. 1. n. 6. 15. distinc.). tamen *Baron.* assert congregatum fuisse anno 325. ut patet ex *tom. 3. annal. numer. 1. eodem. anno 325.* iuxta quem recte possumus ex hac temporum notatione conjecturare Helenam invenisse Crucem anno 326. quinto Nonas Maij, eodem die, quo Ecclesia celebrat eius inventionem, qui quidem annus sequens fuit ab anno 325. Vnde colligitur crucem non fuisse inventam tempore Eusebij Papæ, sed Sylvestri, qui præfuit Nicœna synedo ex *Baron. d. anno 325. num. 10.* & diximus supra in d. cap. 1. num. 1. 15. dist. quem sylvestrum non solū Melchiades Papa præcessit, sed etiam Eusebius, qui creatus fuit anno 307. & tenuit Papatum tribus annis, & 27. diebus, ut ex *Samotheo* refert *Pined.* ubi proximè cap. 12. §. 2. licet *Baron.* ponat creationem Eusebij, anno 309. & eius præsulatum usque ad annum 311. ut videre est. *tom. 3. d. anno 309. n. 8.* & sequentibus. Octogesimum feré annum ætatis complens Helena, è vivis decelsit, ita *Theodoret. lib. 1. hist. Ecclesiast. cap. 18. Nicéphor. lib. 8. cap. 31.* *Pined. 2. part. lib. 12. cap. 10. §. 1.* ante finem, sepulta fuit secundum *Nicéphor. lib. 8. cap. 31.* Romæ, ubi etiam inquit eam obiisse; alijs dicunt translatam fuisse ad Constantinopolim, de quo videndus est. *Baron. d. anno 326. à numer. 59.* & sequentibus. *Pined.* ubi proximè, §. 2. ad finem apud quem ibidem §. 1. & 2. videre poteris varias Basilicas, quas Helena construxit. Adde *Baron.* proximè citatum.

Nullum alium filium præter Constantiū suscepit ex Helena Constantius testante *Baron. d. tom. 3. anno 306. num. 21.* ante finem, qui natus fuit Britannia, ut patet ex eodem *Baron.* citato loco num. 15. & 16. & tom. 5. anno Christi 407 num. 31. *Gallican. Orator. in Panegyric. 4. ad Constantiū ibi, Liberavit ille Britanniam servitute, tu etiam nobiles illinc oriundos fecisti, & fortasse scriptorum incuria, & equivocantes Bithyniam pro Britannia, tradidere Constantiū natum fuisse Bithynia, ut optimè advertit *Baron. d. tom. 3. anno 306. num. 15.* Britannia vero Constantini patria describitur optime à *Cornel. Tacit. in vit. Agricol. post principium ibi, Britannia Insularum, &c.* & adde quæ scripsimus ad cap. ult. distinc. 80. Licet ex Helena Constantiū tantum habuerit Constantius, suscepit tamē ex Theodora prævigna Maximiani Constantium patrem Galli, & Iuliani, quem Apostolam vocamus, eo quod à si de recessit, vel quia vitam monachalem reliquit, ut christianos persequeretur, & Constantium Dalmatium Anibalium patrem Dalmati minoris, & filiā nomine Constantiā, quæ postea in matrimonium duxit Licinium.*

Diocle-

8 Dioctianus tenuit Orbis Imperium anno 284. teste Baron. Annal. tom. 2. eodem anno 284. n. 17. & anno 286. elegit consortem sibi Imperij Maximianum Herculeum ex eodem Baron. d. anno 286. nam. 2. qui postquam per spatium viginti annorum, & plus regnarunt, senio affecti, vel ut alij volunt quietis adipiscendæ causa moti. Alter Mediolani, alter Nicomediae purpurā, ac Imperij administrationem depositit. Contigit Constantio Occidentale Imperium, Galero verò Orientale, assumptis sibi Illyrico, Asia, aliquique Orientis provincijs; Constantio autem Gallia, Hispania, Italia, & Africa. Omnia videre poteris per Baron. dict. tom. 2. ab anno Christi 285. & sequentibus. Bursat. consil. 124. num. 1. & sequentibus. Pined. 2. part. Monarch. lib. 12. §. 3. D. Antonin. 1. part. Chronic. tit. 8. cap. 2. in principio, & §. 1. Imperavit Constantius, qui Clorus cognominabatur (hōc est revirescens ex Pined. ubi proximè) in toto Occidenti summa cum benevolentia erga christianos, velut maximus Christicolarum amator, ut notat D. Antonin. dict. §. 1. quapropter eum catholicum appellat Pined. 2. part. capit. 2. ad medium, & tanta humilitate vixit parcens sumptui, & ostentationi, quod quando Imperiale magnificientiam ostentare opus erat, alienis suppellebitibus mutuo utebatur, ut ex Suidas in vita Constantij, refert Pined. ubi proximè, multa alia inedita piissimi Principis edidit, quae omnia vide per supra citatos, præsertim Baron. ubi proximè num. 10. & 11. & præter eos socrat. lib. 1. capit. 1. Euseb. in vita Constant. lib. 8. capit. 11.

9 Invasit Galerius Italiam, à qua Constantius bello coactus discesserat, relicto Romæ Constantino successore in Imperio quē tenuit sub custodia ipse Galerius, fortasse quia in Constantino ingens religionis spes reucebat; dum Constantius in Britānia Eboraci ageret annum quinquagesimum sextum, octavo Kal. Augusti, hoc est die 27. Iulij, anno Olimpiadis 272. vel ut alij volunt 201. Constantinus corruptis custodibus effugit ad Britanniam mari, & ad patrem iam extrema vita claudentē accessit, quem ipse summa lætitia exceptit, continuo coronam auream petens illius capiti imposuit, eumque Imperij succesorem nominavit spretis reliquis liberis, qui unā cum pluribus senatoribus, legatis, & ceteris imminentibus viris, lectum in lar chori undique cingebant: Ferunt etiam Constantio ægrotanti Angelum ad stitisse, qui iuberet, ut Constantino reliqueret Imperium.

10 Defuncto igitur Constantio Augusto, de christianis optimè merito, eius ultima voluntate, votoque totius exercitus, Constantinus eius ex Helena filius, in Imperium felicissimè subrogatur, divino potissimum numine suffragante,

& post cecæ noctis horrore, venturæ diei prænuntiū Aurora crepusculū in Constantio primū erupit, sed primus Solis radius effulgit in Cōstantino, quando converso rerum ordine tam lætæ, diuque expectatae diei lux apparere cœpit in Occidente, eo potissimum tempore, quo adhuc persecutionis atra tempestas densa caligine obtregerat Orientem; ubi in suo cursu noctis medium iter perageret, dum decem persecutionis annorum vix quinque preterlapsi fuisse, & adhuc totidem superessent, donec progressibus suis Sol iste, qui ascēdit super occasum, Orienti tandem illuxit fugatis hæresi tenebris, profligatisq; earū capitibus, & factoribus mortuo scilicet Maximino Herculeo, quem ipse Constantinus occidit anno 310. Idibus Decembribus, eodem die, quo sancta Lucia martyrio affecta fuit. Addit Nicephor. lib. 7. cap. 20. & 22. & Massens Christianus lib. 10. Chronic. Bursat. d. consil. 24. num. 7. Maximum Herculeum nō gladio, sed fune, paleoque gutturi admoto perire; de quo etiā scripsit Sext. Aurel. cum fuisse perversæ, atq; crudelissimæ indolis, & habuisse uxorem Eutropiam. Pined. 2. part. Monarch. lib. 12. cap. 1. §. 4. Diocletianus obiit, completis 78. annis ætatis sua, post decennium relicti Imperij, de quo aliqui dicunt furore correptū, alij hausto veneni poculo, alij tandem timore minarum Constantij, & Liciniij eius generi perire; Cruelissimus christianoru[m] fuit insectator Galerius Maximinus pater Severi, & Maximini etiam fœdissima occubuit morte. Huius tyrannide dilacerata fuit Beata Catharina virginobilis Alexandrina, quam alij Dorotheam non minarunt, sed male, ut advertit Baron. tom 3. anno Christi 307. numer. 31. Severus filius prædicti Maximini, rediens magno cum exercitu, ut Romam, & Maxentium obsideret, tandem in bello à militibus desertus, fugiens, Ravennæ Maxentio occiditur. Galerius deinde intellecta Severi morte, creavit Cæsarem Liciniū hominem scilicet rusticum, fortem tamē, & bellicosum. Maxentius qui Romæ fuerat factus Imperator, atrocissimam tyrannidem exercebat, luxuriosé, & turpissem vivens, circa quod vide Nicephor. lib. 7. cap. 21. Euseb. Casarien. Ruffin. Interpr. in histor. Ecclesiast. lib. 8. capit. 16. Pined. 2. part. Monarch. lib. 12. cap. 2. §. 5. D. Antonin. part. I. tit. 8. cap. 2. §. 2. Hic à Constantino fuit profligatus, & coactus bello in Tibrim dimiclus parta victoria signo crucis, quod Constantino apparuit, flammeo nitore rutilans, inter hos characteres: sub hoc signo vinces. De tempore quo Constantinus bellum adversus Maxentium inchoavit, variè tradidere scriptores, nam quida dicunt fuisse anno tertio sui Imperij, alij vero quinto, alij tandem septimo, quod videbis per supra relatós.

¶1 Peracto bello contra Maxentium instituit Constantinus debellare Maximinum filium Galerij, qui tyranicum patris somitem renovabat, sed Iepha oppressus ab instituto desistit, que illi occasionem praebuit suscipiendi baptismum a Sylvester Papa in monte Soracte latitante, & ab eo sanctissimo laxacro sanatus, de quo tamē dubitarunt multi, quos vide apud Canum de loc. Theologic. lib. II. cap. 5. in fine, sub verl. Quod deinde, à quibus ipse non multū disf. Postquam vero Constantinus sanitatem divinam recuperavit, iterum bellum contra impium Maximinum excitavit, simul cum Licinio, qui in matrimonium duxerat Constantiam sororem Constantini, & in bellum coactus ty annus fugam turpissimè arripuit, oblitus ēs in terris sui Imperij, ubi gravissimo morbo correptus animam miserè efflavit relictō adhuc Licinio Constantini sororio, cuius odium adversus ipsum Constantinum, licet per aliquod tempus obtegeretur, non tamen diu latuit, quinimo detectus Licinius, ut proditor à Constantino de capitari iubetur; quæ omnia hucusque dicta, & quam plura alia, tam de vita, quā n de morte horum, vide per Baron. tom. 2. Annal. anno Christi 306. per totum, & tom. 3. ab eodem anno & 307. cum pluribus sequentibus. D. Antonin. 1. part. Chronic. iii. 8. cap. 2. per totum. Pined. 2. part. Monarch. lib. 12. cap. 1. 2. & 3. cum alijs sequentibus. Bursat. cons. 124. per totum Euseb. Cesar. in vita Constantini histor. Ecclesiast. lib. 9. cap. 9. & cap. 10. histor. tripartit. lib. 1. cap. 5. & infinitos, quos isti citant-

¶2 Conquassatis horum hæreticorum capitibus, solus Constantinus cognomento magnus, qui splendor fidei, ac religionis erat totius mundi Imperio tutissimè potitur, uxorem habebat Faustam Maximiani Herculei, & Eutropiæ filiam, ex qua suscepit Constantinum, Constantium, & Constantem, simulque Flaviam Constantinam, quæ primò Dalmacio, postea vero Gallo nupta fuit, & Flaviam Iuliam Helenam quæ matrimonio Iuliani iungitur. Vide Pined. 2. part. lib. 12. cap. 3. §. 6. in fine; at nō hanc primā Constantinus in uxorem accepit, sed iam ante, ut ex Ephebis accessit, uxorem duxit, ne coniunctione aliqua illegitima foedaretur. Hacq; fuisse Minervinam, ex qua natus est Crispus senior sententia est, licet Victor. in Constant. & Zosim. lib. 2. eam Crispī matrem Miner- vinam, fuisse illi non coniugem, sed concubinam tradant. Quæ tamen opinio non omnino vera iudicatur à Baron. tom. 3. Annal. anno Christi 307. numer. 6. fuit Crispus baptizatus unā cum Constantino, aspectu pulcherrimus erat, talisque ætate, & forma egregia, ut Fausta ipsa Constantini nova coniux amore succensa eū turpiter deperiret, & hanc fuisse causam, aiunt, cur Constantinus Faustum calore balnei, Crispum

pum verō veneni frigore extinxisset, ut ex multis refert Baron. dict. tomo 3. anno Christi 307. nam. 7. & anno Christi 324. num. 7. & sequentibus. Pined. ubi proximè.

Prospera cuncta, atque felicia ex animi sententia, Constantino toto sui Imperij tempore contigere, cum præclara, & in fidei augmētum magna semper intenderet. Basilicam in suo Lateranensi Palatio ad honorem Christi Salvatoris ædificavit, ibique humeris suis duodecim terræ cophinos ob duodecim Apostolorum reverentiam à fundamentis ædificij asportavit. Basilicam quoq; beato Petro Apostolo in templo Apollinis fecit, ibique corpus beati Petri recondidit, & multa eidem contulit dona; præterea templum D. Pauli Apostoli construxit; deinde Romæ Basilicam sanctæ Crucis crevit; similiter etiam Basilicam sanctæ Agnetis, mirificeque martyrum reliquias illultravit; Basilicam sancti Laurentij, & sancti Marcellini ædificavit, Basilicam item Deigentiricis erexit. Plures alias ædificavit ecclesias tam in Italia, quam in alijs Occidentalibus partibus; iussit denique omnes ecclésias amplioribus spatijs erigi: vide Baron. amplissimè d. tom. 3. anno Christi 324. à num. 62. cum pluribus sequentibus: novissimè fr. Luc. de Monach. de Metaphor. script. Metaphor. II. §. 1. pag. 159. ante finem. Tanta in Constantino ecclésiarum vigebat veneratio, ut secum templum portatile, in quo ministri Dei divina officia celebrarēt, semper portaret. Bona relegatis simul cum eorum honoribus, & officijs restituit, & ubi affines, vel consanguinei defunctorum, qui hæderarent deficiebant, bona eorum pauperibus, & ecclésijs applicabat. Prohibuit Gentilium solemnia, falsis eorum dijs tributa, nec non sacrificia, & Æmoniacas consultationes retinuit; templo Idolorum obserari mandavit, & mensuram, qua Ægyptij Nili fluctus crescētes metiebatur, abolevit; Gladiatorum spectacula, de quibus in L. unica Cod. de gladiatoriis lib. II. prohibuit; legem Phœnicum condemnavit, cuius virtute filiae ante nuptias prostituebantur, Sauromatas, tremebundam gentem superavit, & quascumque nationes ingo Christi subiiciebat, itacim verbum Dei illis prædicare instituit. In omnibus provincijs tributa, quæ populo Romano solvebantur subsluit, & ea ecclésijs concessit. Militibus crucis insigniam donavit, ut ad eius venerationem assuererent. Primū mundi diem, & hebdomadæ, quem Græci Soli dicarunt, ipse Christo sub nomine Domini applicuit, quæ nos corrupto vocabulo (Domingo) vocamus; simulque Veneris diem oratione sacravit; in numismatis, quæ cudere iubebat, semper crucem imprimi faciebat, quam deinceps nunquam permisit, ultionem sceleratorū fore. Aliquas Romanorum iniustas leges renovavit,

novavit inter quas illa erat, quod qui filios non haberent ex matrimonio, dimidiari bonorum amitterent. Legem condidit pro clericorum libertate, & immunitate, eos subiiciendo iudicio episcopi, quae est lex prima, & secunda Cod. de his, qui in ecclesijs manumittuntur; Episcoporum sententias, & Conciliorum constitutiones confirmavit, ecclesijsque concessit libertatem. Insignem ciuitatem fundavit, quam suo nomine *Constantinopolis* dixit, quae Romæ emulatur, opus incepit anno decimo sui Imperij, & anno 28. illi finem imposuit; secundum *Nicephor.* lib. 8. c. 4. ad medium Plura alia, quae vide re desideres circa Constantinopolam profere cum *Pined. d. 2. part. lib. 12. cap. 5. §. 2. & 3.* Convocavit Nicœuū Concilium, in quo Arius impius hereticus damnatus fuit. De hoc satis supradictum est, in c. 1. 15. distinc. Scientiarum amator erat, Synodo Romæ celebrata à Sylvestro interfuit, convocatis pluribus Episcopis, quibus omnibus suppeditavit Constantinus vehicula, & annonam, ut videre est apud Baron. d. tom. 3. anno Christi 324. numer. 124. præter amplissimam donationem, quam Constantinus ecclesiæ fecit, de qua statim in cap. sequenti; multa alia, dum vixit, præclaræ gesta vide per Baron. toto anno Christi 324. qui plenissime de materia agit.

Vixit Constantinus annis 65. è quibus imperavit. 31. additis, vel demptis paucis mensibus: Obiit Feliciano, & Titiano consulibus ad undecimum Kalend. Iunij idest 22. Maij die sabbati, ut quidam dicunt, anno Christi 337. & tertio, aut quarto Olimpiadis 279. vide Baron. d. anno 337. num. 1. *Pined. d. lib. 12. cap. 17. §. 3.* ad medium. Alij asserunt, Constantinum regnasse 32. annis, & ex Euseb. refert Baron. citatus num. 2. quem redarguit, Alij tandem dixerunt, Imperium habuisse annis 30. & mensibus decem, ita Jacob de illustr. imaginibus fol. 115. vers. Sed tamen omnibus certior est prima opinio. Infirmitate corripitur eodem tempore, quo bella adversus Parthos parare tentabat, ob arreptam Mesopotamiam, & ubi se sensit infirmari morbo, quo perire, profectus est Constantinopolis in Bythiniam, & inde Helenopolis, assumendi balnei causa, ubi tandem morbo opprimitur. Attamen affirmat Achilles Gazarus in Epit. mund. illum veneno perisse. *Pined. d. lib. 12. cap. 17. §. 3.* ad med. Tres filios Cæsares creavit dum vixit, simulq; Dalmatium ex patre eius sobrinum, quem milites post obitum avunculi occiderunt. Ita imperium inter filios partitus est, ut Constantio partes Orientales relinqueret, Constantino vero, & Constanti Occidentales; Constantino nempè quidquid extra Alpes remaneret; Constantio autem à Sinu Propontidis usq; ad fines Orientalis imperij, Constanti tandem cessit Illiricum, Italia, Africa, Dalmatia, Tracia, Ma-

cedonia, & Achaya, vide *Pined. d. 2. §. 3.* in fine principij, illic post ultimum vitæ initias eius corpus in auri capsula reconditum fuit, & ad Constantinopolis delatum, ibique in eminēti palatij loco depositum, nec detectum reverentia, qua vivens celebratur, & ubi civitatem ingreditur cadaver, omnium fletu ob amissi beneficentissimi Principis mortorem, excipitur. Cognita patris morte, continuò properavit Constantius filius funeris causa, quod honorifice celebratum fuit, & corpus sepultum in Apostolorum æde Constantinopolitana, ubi Helena sepulta fuerat, & postea Imperatores unā cum Patriarchis. Addit *Nicephor.* quem refert *Pined. d. lib. 12. cap. ult. §. 7.* in fine, Deum miracula operatum fuisse per constantini corpus, dum aliqui ad eius sepulchrū accessissent, qui omnes sanabantur; quibus consonat Chronicæ Martiana, quæ narrat Græcos illum in sanctorum catalogo scripsisse, & eius diem celebrari, ut Divo dicatum, die 21. Maij; sic etiam cum hoc trāsit Divus Isidorus & Eutrop. citati à *Pined. d. 2. part. lib. 12. cap. 3. §. 4.* ante finem, & cap. 17. §. 3. ad medium, idem asserit *D. Antonin. in Chronic. 1. part. tit. 8. cap. 2. §. 8. Bursat. consil. 124. num. 59. Arnald. Pontac. in not. ad Chronic. Euseb. col. 705. littera B.* Sed tamen dubitant, an fuisset canonizatus ecclesiastica canonizatio, vel gentilica, qua tempore tyranorum utebatur.

Formam, & aspectus Constantini sic describit *Nicephor. lib. 8. cap. 55.* Fuit Constantinus forma deinceps ipsi magnificientiam coniunxit, flatu quoque corporis spectabundus, nam neque nimium procerus est habitus, & exigua brevitatem longè supergressus est, humeris latis, sensim cervicem crassiorens protulit, colore corporis rubicundus, minus densum barbuit capillum, eumque flavescentem: barba mediocriter tenuis, & rara, neque admodum demissa erat, ita ut in pleraque faciei parte subcrescere non videretur, oculi quales virū decent, placidi, & ex quibus mirifica quedam eminebat gratia, acutioresque illi, & grandiores, nasus subaduncus, cui carnosum quiddam incidebat, facies ipsa letior, & magnanima admodum. Hunc descriptioni conformatur etiam Baron. dict. tomo tertio anno 337. numer. 23. *Pined. dict. §. ultim. in fine.*

Animæ verò faciem ex rebus gestis facile deprehendes, quam Ethnici quoque scriptores per paucis quibusdam lineamentis sic expressere, etenim Victor. in Constantium hæc de eo. *Commodissimus rebus multis fuit, columnas sedare legibus sincerissimis, nutritæ artes bonas, præcipue studia litterarum: legere ipse scribere, meditari, audere legationes, & quaerendas provinciarum;* ita quidem Victor. sed, & Eutrop. lib. 10. Civilibus, inquit, artibus, & liberalibus studijs deditus erat, officiis iustitia, & amoris, qua omnino sibi, & liberalitate, & docilitate qua

quesivit. Dat tamen crimen Constantino Vito quodd, ut ait, fuerit ultra, quam estimari potest landis avidus. Verum quodd mox subdit eum deridorem potius, quam appetitorem laudis fuisse significat, dum illud superius à nobis recitatum inculcat. Hic Traianum herbam pietariæ (ob titulos multos in edibus inscriptos) appellare solitus erat, cum certe in iot (ut alias diximus ubique locorum erectis à Constantino basilicis, ceterisque edificijs publicis, quæ supersunt) nunquam vel rarissimè inveniet quis in aliquo ipsorum Constantini nomen inscriptum, ut notavit Baron. d. tom. 3. anno 337. numer. 25. Non defunt Authores aliqui, tribuentes Constantino vilia quedam, & falsa, quos videre poteris apud Pined. d. 2. part. lib. 12. cap. 3. §. 6. in principio, ita etiam illi falso tribuitur hæresis Arianorū, & quod fuerit baptizatus ab Eusebio Nycomediz episcopo in fine vitæ, ad quod citatur D. Hieron. sed tamen ineptum est hoc, siquidem Constantinus post baptismum nunquam in hæresim incidit, ut advertit Pined. ubi proximè, §. 4. ad medium, & cap. 17. §. 3. in fine principij Baron. ubi proximè anno 324. numer. 43. & anno 336. numer. 36. & sequentibus, de quo vide etiam Covar. lib. 4. variar. cap. 16. num. 8. vers. primum ad fin. Platin in uit. Marc. Arnal. Pont. in not. ad Chronic. Euseb. d. col. 705. littera B. æquivocabantur Authores illi in Constantino filio magni Constantini, qui adhæsit Arianorum hæresi, & ab Eusebio fuit baptizatus ex Bars. & alijs, quos ibi citat consil. 124. num. 58 & 27. D. Antonin. d. cap. 2. §. 8. ante medium. An autem Constantinus fuisset primus Imperator christianus, vide Leli. Zech. de potest Roman. Pontific. lib. 2. cap. 20. num. 2. & 3. Covar. practicar. cap. 31. numer. 2. ubi ait Marcum Iulium Philippum fuisse primum christianum, & tetigimus supra in cap. si quis contristatus 10. num. 1. distinction. 90. contra quem est textus in cap. futuram 12. question. 1.

17 Tempore vitæ magni Constantini, Romæ ecclesiæ Pontifices fuere Caius primus, qui sub Diocletiano martyrio fuit coronatus, succedit Marcellinus, qui postquam metu Imperatoris Idolis semel sacrificaverat, id nolens amplius committere, anno 8. Pontificatus sub eodem, vel ut quidam, sub Maxentio capite cœsus, cum multis martyr efficitur. Marcellino succedit Marcellus effectus martyr, atque confessor. sub Maxentio anno 5. Pontificatus subsequitur Euseb. qui à Gallerio Maximiano martyrii coronam adeptus fuit. Post eum Melchiades coronatus martyrio sub eodem Gallerio, vel ut alij sub Maxentio. Præfuit tunc. Sylvester, qui in pace decedit, cui sufficitur. Marcus demum Iulius, quem secutus fuit Liberius.

18 Per idem tempus floruerunt viri insignes, non solum scientia, sed etiam virtute, Lactan-

nus Firmianus, qui fuit vir profundissime scientie, & ob id magister Crispini Constantini mag. ni filij. Eusebius Casatiensis ex eo dictus, quia Cesareae Palestinae episcopus fuerat: hic intime Constantinum tractabat, multa edidit volumina, de quibus videre poteris D. Antonin. d. 1. part. tit. 8. §. 9. Porfirius Philosophus primò Gentilis, postea christianus effectus à fide apostolavit, & contra christianos scripsit, cui responderunt Eusebius, & Apollinarius confutantes errores ejus. Illustravit etiam ecclesiam lumine sanctitatis, & doctrinæ Iacobus cognomento sapiens Nicibinæ civitatis episcopus in Persia, quem sic commendat Hieronym. in lib. de vita illustribus. Iacobus Nicibinus agnosciatur, ad cuius processus saepe urbs à discrimine liberata est: Qui multa scripsit de fide contra omnes hæreses, de charitate, de oratione, de dilectione erga proximum, & pleraque alia. Postea sub Maximiano martyrio coronatus est.

Vita eremita tuni temporis incepit, scilicet à Diocletiano usque ad Phocam, qui fuerunt anni 320. Floruit præcipue in Ægypti solitudinibus, & ibi D. Antonius, Paulus, & Hilarius pœnitentia, & omni virtutum genere claruere. Multi adhæserunt Antonio discipuli, inter quos fuit Paulus simplex nominatus, qui cum uxorem in adulterio comprehendisset, ad Antonium aufugit, apud quem præclarè vixit, Amō Ægyptius, qui licet uxoratus esset, per decem, & octo annos nunquam votū castitatis amisit, & ita divisus ab uxore desertum petivit ad partes Iacus Mariotis in montibus Scetidis, & Netriæ, ubi viginti, & duobus annis solus philosophavit, tandemque ad cœlum gloriosus migravit. Spiridon qui è pastore episcopus creatus fuit Trimythi civitatis insulae Cypræ, & cum ovibus irrationalibus simul rationales sibi ex officio commissas pascebatur, ita Nicephor. lib. 8. cap. 2. hist. tripart. lib. 1. cap. 10. hist. Ecclesiast. lib. 10 cap. Macharius Alexandriæ episcopus mirificis virtutibus, & castitatis exemplo illustratus vixit. Sanctus Athanasius, quem Ariani maximè persecuti fuerunt, prodigia sanctitatis per hoc tempus monstravit. Non defuerunt etiam aliquæ insignes virtute fœminæ, quarum prima vocabatur Sara; quæ adeo casta vixit, ut nunquam admiserit contra puritatem tentationes. Sequitur Alexandria virtutibus famosa, & præcipue clausura vigebat, ita ut per foramen tantum vietus ministraretur. De his, & pluribus alijs modo dictis, vide post Baron. locis citatis Pined. d. 2. part. Monarch. lib. 12. cap. 12. §. 1. & sequentibus, & cap. 13. per totum. Hæc sic modo dicta liceat nobis fusi, quæ per fit scribere in honorem tanti Imperatoris, cuius vita brevibus spatijs terminari nequit, nec remissive tractari.

CAP. CONSTANTINUS. XIV.

SUMMARYM.

- 1 Ponitur donatio facta à Constantino ecclesia, quæ iuribus, & doctribus plurimis probatur.
- 2 Authores, qui ineptè Constantini donationem oppugnarunt, & eorū fundamenta.
- 3 Communis sententia approbatur, & argumentis satisfit; Adduntur pro eadem multæ rationes.
- 4 Adducitur authoritas Damasi Papæ, & aliorum ad probandam hanc opinionem.
- 5 Cōprobatur ulterius veritas huius opinionis ex Concilio Nicæno.
- 6 Obstat authoritas D. Hieronymi, cui respondeatur.
- 7 Refragantur Orosius, & alijs impugnatiib⁹ donationem.
- 8 Obstat ulterius, sed tamen diluitur obstaculum:
- 9 Ultimò respondetur Valla, & alijs impugnantibus veritatem donationis.
- 10 Qui contradixerit Constantini donationem non procul distat ab heresi.
- 11 Non solū donatio Constantini constat, sed etiam omni iure valuit.
- 12 Quid sit satrapa?
- 13 P̄brigium est indumentum regium, auro intextum, & unde dirivetur.
- 14 Quid significat chlamis, & cuius figura sit?
- 15 Bannum quid significat, & varijs modis accipitur.

In textu. Qui continet amplissimam Constantini Magni donationem, quam beato Sylvestro summo Pontifici fecit, cui contulit præter Lateranense palatum urbem Romanam, & omnes Italæ, & Occidentalium Regionum provincias, loca & civitates simul, cum ipsius aureo diadema, purpura coccinea, & reliquis ornamentiis regalibus, unā item cum plenaria administratione omnium prædiorum, & iurium imperialis in Iudea, Græcia, Asia, Tracia, & Africa. Decrevit quoque beato Sylvestro præsidiam, & primatum non tantum in quatuor

præcipuis ecclesijs, scilicet Alexandrina Antiochena, Hierosolymitana, Constantinopolitana, sed etiam in reliquis toto orbe terrarum constitutis, cuius insignis donationis relatæ in nostro capite, meminere quam plures Doctores, Covar. lib. 4. varijs. cap. 16. numer. 8. Can. de locis Theolog. lib. 11. cap. 15, in fin. vers. quod deinde Menzies plenissimè in histot. Imperat. in vita Constantini, cap. 3. §. de la donation Molin. de iustitia tom. 1. tract. 2. disp. 25. Suar. de legibus lib. 4. cap. 6. num. 6. Aflact. ad constitut. in prælud. q. 2. nu. 2. Boer. decis. 31. nu. 2. & decis. 69. nu. 1. Turrian. lib. 2. cap. 42. optimè Bellarm. tom. 1. controvers. 3. de Roman. Pontific. lib. 2. capit. 17. vers. Hac omnia, & lib. 5. cap. 19. vers. Quarto, & de reliquijs sanctorum eodem tom. 1. lib. 2. cap. 3. vers. Item ex Constantino Cagnol. in proœmio Digestorum à nn. 79. Castald. de Imperat. quæst. 51. Cevall. commun. q. 345. frat. Alphons. à Mendoza in quodlibet, q. 4. Schol. §. 4. vers. Quinto Mant. obser. rat. 100. Baron. Annal. d. tom. 3. anno 324. Jacobac. de consil. lib. 10. art. 8. de donat. Constantini, fol. 783. vers. Quod autem, & plures relati à Cened. in Decretal. collectau. 109. num. 4. Notat Bart. post Cynnum, & Alberic. in proœmio Digestorum col. 1. ubi Alberic. ponit totum privilegium donationis. Similiter Bursat. consil. 124. numer. 36. ubi infinitos videbis. Ioann. de Imol. ff. de verbor. Ioann. Andr. in Clement. 1. §. Porro de iure iur. & in cap. Ego. Ludovic. verbo, vinculis 63. dist. ubi tetigimus. Præter Doctorum authoritates relatas, agunt de materia quam plura decreta, tam summorum Pontificū, quam Imperatorum, quæ omnia Constantini donationem confirmat, textus in cap. futuram 12. quæst. 1. textus in cap. 1. ibi, finibus ecclesia noscimus, &c. 64. dist. textus in cap. relatum. 10. q. 3. ibi Patrimonium ecclesia, &c. textus in cap. per venerabilem, qui filij sint legitimi, ibi beati Petri, cap. fundamenta, §. 17. §. fin autem. vers. Ne autem de election. lib. 6. textus in Clement. 1. §. ipsa quoque omnia de iure iur. Extravag inter communes, quæ incipit Vnigenitus, §. Nos autem. vers. Satuentes de fratribus consil. de panit. & remiss. ibi Constantinus textus in cap. Ego Ludovic. 63. dist. textus in l. D. Constantini C. de natural. liber. textus in Anthent. de rebus ecclesiæ non alienand. in principio ibi qui post Constantinum præ memoria, inter Imperatores principatus auxit, & constituit sacerdotium ecclesiæ honorem, & disciplinam.

Quāvis tot iuribus, & authoritatibus firmiter opinio ista, & cōmuniter probetur validitas donationis Constantini, non defuere tamē Authores aliqui, qui eam impugnarunt, nō rātum facto, quām etiam iure; ex quibus præcipuis facit Laurent. Valla per integrum trāduū aduersus donationes Constantini. Ignat. in l. donationis n. 22. C. de donat. inter Cagnol. in proœmio Digestorum à n. 79. quibus videtur accedere Aeneas Silvi. de morib⁹ Germanie, pagin. 1081. littera A. in principio Franc. Balduin. de legibus Constantini in principio, lib. 1. Carol. Molinac. impius author. in commentarij ad

Prima pars Decreti.

858

edictum Henrici Regis contra datas, numer. 133. post Alciat. Parerg. 7. cap. 19. Francisc. Petrarch. Baptif. Ignat. Baptif. Mant. & plures per Molinæum citatos, Dionys. Pont. in consuet. Blesens. tit. 3. art. 10. colum. 1. Georg. Merul. de vicecometibus, qui negant donationem factam fuisse, eo potissimum nuntiatur fundamento, quod apud illorum temporum scriptores nulla illius donationis mentio à Constantino facta reperitur, ut constat ex Euseb. Cæsarien. lib. de vita Constant. ubi nihil de hac donatione exprimit. Tacuit etiam Socrat. Theodore. Cassiador. atque alij, quare eam factam fuisse constanter negant hæretici. Quod vero non potuerit Imperator in damnum Imperij tam amplas facere donationes, probant ex eo, quia in eius coronatione iurat honoré, & iura Imperij illæsa, & illibata servare, & consequenter donatio de terris, & civilibus Imperij illicitæ fuit, & invalida, ut probat textus in cap. intellecto de iure iuri, & notant omnes ibi, & alibi, ut per Felin. in cap. ad audiencem de prescript, & plures de quibus Tiraq. de primogen. q. 35. à nu. 19. & 20. Covar. in cap. quanvis pactum 2. part. §. 2. num. 4. Gutier. de iuram. confirmat. 1. part. cap. 52. num. 7. faciunt quæ in simili de donatione Regis in præiudicio Regiæ coronæ, notat Valasc. 2. tomo consult. 167. nu. 2. Cabed. 2. part. decisi. 5. nu. 5. confirmantes ex generali regula textus in l. ult. §. Sin autem C. communia delegat. l. peto, §. prædiuum, ff. de legat. 2. cum similibus, quibus probatur, alienationem bonorum, quæ sunt restitutio subiecta, non valere, nisi in vita possessoris, qui alienavit, ut latè prosequitur post multos, quos refert Molin. de primogen. lib. 4. à nu. 3. cap. 1. & cap. 6. num. 2.

3 Sed à communi sententia; quæ veritatem historiæ, & donationis agoscit minimè oportet recedere, quæ donationem à Constantino factam esse, & validam fuisse affimat; neque obstat, quod in antiquis illorū temporum scriptoribus de ea mentio non reperiatur, quod est præcipuum Laurentij Valla argumentum exclaimatis contra Legistas disceptantes de validitate donationis, quæ nunquam fuit, multipliciter respondeatur. Primo quod non sequitur, non apparet scriptura huius donationis, ergo nunquam facta fuit: cum plures sint modi, quibus facta esse probari potest; constans, scilicet sequentium sæculorum traditio, & communis omnium fama ex resolutis per Mascard. concl. 753. ratio autem quare de ea apud scriptores eius sæculi mentio non reperiatur, esse potuit, quod in ultimis annis Imperij Constantini facta fuit, iurabantque sequentes Imperatores eius abolere memoriam, sicut videmus ausum suisse Henricum Imperatorem negare Poncifici fidelitatis, & obedientiæ iuramentū, & neq; à prædecessoribus præstitū, vel in futurū præstandū, quæ tamen Pontifex convincit in Clem.

I. de iure iuri. Deinde respondetur nō esse destitutam huius historiæ veritatē, authoritate antiquorū gravissimorū patrum, scilicet Damasi Pontificis, Gelazij, Nicolai, Adriani, Gregorij, Innocentij, &c. Beati Isidori, Bernardi, Hieronymi, Anselmi, & Thomæ, quorū authoritates tanquam maiorū sufficiant pro ratione inconvincibili allegasse, iuxta Quintilianus dictum; summorum virorum authoritas loco rationis habetur, sufficiæque dixisse, ipsi dixeré; cū tamen Pontifices ipsi in varijs iuribus de donatione Constantini locuti fuissent, ut iam supra diximus, & videtur est in d. cap. Ego Ludovicus 63. distinxit. & melius in Clem. I. de iure iuri. vers. Porro, ubi Pontifex commendat Carolū primū, Henricum secundum, Octonem quartum, Federicum secundum, & Carolū ultimū donationem à Constantino factā confirmasse, & innovasse. Deinde patet ex nostro textu à vers. utile, usque ad finem, quæ omnia sumpta sunt ex gestis, seu actis sancti Sylvestri, in quibus multa procedunt, sed hic ea tantum relata videntur, quæ in collectionibus Doctorū Anselmi, ac Deus dedit Cardinalis reperiuntur. Titulus proprius huius partis in gestis ipsius talis est. Privilegiū sancta Romana ecclesia, quod constituit D. Constantinus. Augustus sancto Sylvestro episcopo urbis Roma, & omnibus successoribus eius usque in perpetuum, & obtulit super corpus beatissimi Petri Apostoli. Quibus consentit Leo nonus in epist. I. seu libello, adversus inauditas præsumptiones Michaelis Constantinopolitani, & Leonis Acriani Episcoporum cap. 13. de hoc privilegio sic loquens. Pausa ex privilegio eiusdem Constantini manu cū cruce aurea super cœlestis clavigeri venerabile corpus posito ad midū proferemus. De iisdem gestis, seu actibus Gelasij, in Concilio septuaginta episcoporum, & referuntur supra dist. 15. in cap. saltā sic loquitur, ut ea approbasse videatur, & in Martyrolog. Romano, & Usuard. in festo sancti Sylvestri legitur, cuius actus clari habentur. Inveniuntur etiā in pervetustis litteris descripta in Bibliotheca Vaticana, & Abbatia Honatulæ; quorū interpres in proœmio hæc ait. Historiographus noster Eusebius Cæsarien. unū episcoporum urbis Roma sanctū Sylvestram me de Graco in latinū transferre præcepisti Dñe sancte, ac beate Pater, &c. Quibus verbis quicunq; sit Author huius proœmij, eadē gesta ab Eusebio Græce scripta fuisse clam profitetur, quæ etiā in ueritissimis Pontificalibus, & Codicibus, in quibus sanctorū vitæ sunt descriptæ, in vita beati Sylvestri referuntur. Partē horū Authorū, quæ ad baptismū Cōstantini, & imagines sanctorū Petri, & Pauli spectat, refert Adrian. Papa in epistola Constantino Imperatori, & matri eius scripta, quæ in 2. actione septimæ universalis synodi habetur, sed quod ad hoc privilegium spectat, ipsum integrum refert. Leo nonus in epistola, seu libello superius citato, & 13. & sequenti, & Balsamo in Nomo ea nonen Postbij, titul. 8. capit. 1. inter-

integrā hanc donationem refert quam ipse vocat. *Oraculum magni Constantini ad sanctum Sylvestrum*, eo tempore Papam urbis Romae, & cum ipse Balsamo (ut est maxima Græcorum pars) in alijs Romanæ ecclesiæ se parum æquum ostendat; hoc tamen Constantini privilegium, ut in vetustis Græcorum monumentis extabat, retulit. Hanc eandem donationem ante Gratianum, citarūt p̄fati Anselm. in loco citato. *Deus dedit lib. 4. cap. 1. & Ino part. 5. cap. 49.* ad quam referendum est, quod Petrus Damianus in deceptation. *Synodal.* inter Regum advocatum, & Romanæ ecclesiæ defensorem scripsit, qui aliqua ex hoc capitulo accepit, his verbis. *Legi Constantini Imperatoris editum.* Addo etiam Viennensis. in suo Comment. etatis sexia, qui postquam enumeravit ecclesiæ, quas Constantinus post suum baptismum construxit, adiungit. *Caput verò totius Imperij Romani beatis Apostolis Petro, & Paulo sub testamento tradidit.* Hanc quoque donationem refert Gofred. *Viterbiæ. in Chronic. part. 6. cap. 2.* ut alia recentiora tam Græcorum, quām Latinorum testimonia omittantur. Nec denique desunt Imperatorū authoritates, sic enim Imperat. in l. *Divi* in principio, *Cod. de natural liber.* ibi Romanum munivit imperium; quam donationē ultra alios integrā refert ex vetustissimis exemplaribus Albericus citatus in l. x. num. 6. ff. de officio prefestī vrbis, quæ omnia, & plura alia eleganter contra Vallam disputans, adduxit *Cardinal. Alexandrin.* in nostro cap. *Constantinus*, nu. 2. & post eū Jacobac. de consil. lib. 10. art. 8. ad fin. §. & quid. Quotum dicta collegit *Castald. de Imperial. d. q. 51.* refertur tom. 16. tract. in impressione noviori.

⁴ Ultra summorum Pontificum, & Patrum authoritates, quas supra adduximus, extat authoritas Damasi Papæ viri sanctitate, & doctrina egregij, qui *vitas Pontificum prædecessorū* suorum à Petro ad ipsum describens in gestis Papæ Sylvestri baptismum, confessionem, immensamq; Constantini donationē enarrat, ac eam uti veram attestatur. *Quid igitur Damasi testimonio probabilius, cui tāquā facto ceteris scriptoribus pro autoritate Pontificia præstatori, diligentiori item in describendis Pontificum gestis ut testatur Plain.* ea fides haberi debet, ut & contra, & præter alios ob eius solam authoritatem tota hæc historia firmari valeat, præseriū cum eo fere tempore vixerit, & numero quartus Pontifex fuerit post Sylvestrum ab anno 370. usque ad 388. Firmat etiam resolutionē alia authoritas *Isidori Hispalensis episcopi*, qui de cœta Pontificum componens simul, ac omnia Concilia celebrata ad tempus suū, circa annum Christi 640. In gestis Nicœni Concilij lepræ mundationem, baptismum, donationem, seu relaxationem Romæ, Imperijque Occidentalis per Cōstantinum Sylvestro factā exp̄fissimè ponit, ut videre est, in l. tom. *Concilior.*

universal. folio 223. & in impressione Colloniz Agripinæ anno 1567. inter epistolæ beati Leonis Papæ, cap. 13. cui nec modicū credi debet, cū beatus Isidorus, litterisque prædictus multū refulserit, & ex eius opere totum penè *Gratiani Dacretum* compilatum, & approbatum fuerit; legatur *Cardinal. Alexander. supra in cap. Constantinus. D. Antonii. in Chronic. 2. part. iii. 13. cap. 2.* in principio. Adde posita ad cap. *Ego Ludovicus 30. nu. 3 supra dist. 63.*

Comprobatur ulterius veritas huius opinio-⁵nis per *Concil. Nicæn. 2.* celebratum anno Chri-
sti. 754. dum ab episcopis 350. approbantur lit-
teræ Adriani primi Pontificis Romani, referē-
tes historiam Constantini cum Sylvestro, quā
vetustissimam appellant, ut omnes facilis in
sententiam corruant pro imaginum sancto-
rum veneratione, ut habetur in tom. 2. *Concilio-
rum*, fol. 478. Vnde quia extant tot clarissi-
ma in scripturis testimonia, tum de baptismō
Constantini celebrato, ministro Sylvestro, tum
de eiusdem erga Romanam ecclesiā libertate,
quæ ferè in omnibus cum Romanorum Pon-
tificum historijs consentiunt, non est cur nos
potius accedamus ad non dictū Eusebij Cę-
sariensis, quām à tot præclarissimis testimonijs
recedamus, cum sit summa ratio, quāt pro reli-
gione facit, ex l. sunt persona, ff. de relig. & sumpt.
funer. præsertim cum Eusebio, nec sit tam cō-
perte veritatis, ut de ea nō liceat omnino du-
bitare, aut sit ita firmus, ut quidquid ipse non
dixerit certissimum sit, contradicit enim tex-
tus in cap. *santa 15. dist. authoritati Eusebij;* nec
in *Chronic.* omnia quæ Cōstantinus fecit, ipse
scripsit, cū constet ex cap. antecedenti, & do-
ctoribus ibi citatis multa, & magna egisse Cō-
stantinum, quæ omnia tacuit Eusebius. Quini-
mo aiunt apud priscos constantissimam famā
extitisse, *Eusebium in lib. Ænead. de vit. Ponif. sub*
Sylvestro totū hoc de donatione, lavaciq; bap-
tismo conscripsisse, pro ut ex *Cassiodor. Hugon.*
& alijs refert *Bursat. consil. 124. num. 53.* in vers.
præterea post principium.

Obstat secundū cōtra donationē Cōstantini, ⁶
authoritas D. Hieronymi, qui eodē ferè tempore
post Cōstantinū, dū chronicas describeret, ac
eā Eusebij prosequeretur, attestatur Cōstantinū *Nicomediæ* in ultimo vitæ baptizatum, &
demū in Arianorū fidē delapsū quod si verū
esset, falsa profecto historia nostra redderetur,
sed tamē respōderi potest Hieronymo Prīmō,
quia si iure cōscriptis ipse epistolā illā ad Eu-
stachiū de vinculis Petri libris suis insertā, quā
omnes sibi attribuunt cōtra dānatū Erasmū,
certe, & tāquā cōtrario minimè credēdū foret;
imō potius prēsumēdū esse D. Hieronym. op-
inionē illā pro ecclesia magis amplexū fuisse
quā illā, de qua in *Chronicā sua*, cōtrato tot alios
affirmatam. Secundo respondeatur, ex Hiero-
nymi

Prima pars Decreti.

860

nimi textu non sequi necessario donationis falsitatem, quæ fieri potuit tempore quo Constantinus Romæ cathecumens extitit, ecclesiæ constructas dotavit, licet postea Nicomediz baptismum suscepit, & in fidè Ariano incurrere potuerit, quod tamen omnino negatum est, ut iam supra diximus. Accedit etiam quòd rès Constantini parum notæ fuisse D. Hieronymo, cum ipsum crudelem, & sanguinolentum appelle. Cæteri vero illius temporis scriptores ipsius Constantini religio- nē, pietatem, sanctitatemque decantent.

7 Tertio contra donationem insurgunt tali fundamento. *Orosius, Sozomen, Theodoret, Socrat;* & quidam alij, qui historias tempore Constantini scripsere, nullus ipsorum baptismum, vel donationem Romæ sub Syvestro tradidit. Nil tamen obstat hoc, quia ut iam supra respondimus, non recte colligit hæc consequentia: *tales non scripsere, ergo evenire non posuit*, videmus enim multa præclara gesta martyrum in historijs Gentilium non tradi; ea tamen vera, & ab eccllesia recenseri, & celebrari. ex eo enim, quòd scriptorum antiquorum nemo legatur id testari, non sequitur fabulosam esse, aut omnino denegandam talem historiam; quo potissimum argumento ex autoritate prædictorū permulti factum negat, ex quibus fuit Petrarach. *Baptista, Manuan. Carmelit. lib. 1. de patient. cap. 30. Balduin. de legibus Constantini in principio. Alciat.* & *Aeneas Silvius* locis citatis; sed tamen iste in gestis Concilij Basiliensis in finalibus verbis Libri secundi, ferè donationem hanc amplam admittit, dum ait in cap. didici. Ridiculosa est sine potentia virtus, nec aliud est Romæ Pontifex sine patrimonio ecclesiæ, quam Regum, & Principum servus, quod prævidens divina pietas Romanam ecclesiam dotari, per Constantinum, & locupletari voluit, &c. quibus verbis apertissimè probatur, etiam *Orōsium*, & alios eius sequaces donationem fuisse factam non negare. Secundò dicitur dato quod isti contrarium assererent, non tamen indubitanter eis credendum esset, præsertim cum Sozomen, & cæteri calumniantur, ut videre est per Nicephor. *de histor. ecclesiast. lib. 16. cap. 46.* ac proinde plena fides eis adhibenda non erit.

8 Quartò instari potest, verisimile non esse Constantinum donasse ecclesiæ totum imperium tot laboribus partum, iure divino, & naturali filijs debitum: cui tamen respondeatur, quòd imò Constantinus, qui bello Maxentium superavit, cui Petrus apparuit, quia lepra baptismo mūdatus fuit, sanctissimè suumque imperium Christo sacrare potuit, exemplo mulitorum, & Davidis, qui se, vitamque Deo devovere ob patriæ, populique dilectionem quid enim prodest homini universum mundum lucrari, animæ vero detrimentum pati: *cap. Matthæus de simoni. Cognovit etiam Constantinus totam terram, &*

plenitudinem eius Christi esse, itaque assig- nando eam Papæ Christi successori, reddebat Christo quod suum erat, implebatque dictum per David. *i. Paralipom. ult. In manu tua Dñe virtus, & potentia, & in manu tua magnitudo, & imperium, tua sunt divitiae, tua est gloria, tu dominaris omnibus, &c.* Abraham non ne filium Deo obtulit omni Regno chariorem, & si Valla Constantinum insanum appellat, si donasset, quid di- cendū de Diocletiano Imperatore, qui se spōte imperio abdicavit Cæsaribus creatis, ut iam diximus. Quot Principes imperiales fasces re- ligionis causa relinquētes, ut Lotharius primus Imperator nepos Caroli magni in solitudine, & monachismum se contulerunt: quid de M. Antonio, qui Cleopatræ, Iudeam, Palestinam, Arabiæque provincias donavit? De his Valla non miratur, sed de Constantino tantum, quē ardor divinus agebat, quemque sperata salus ad supremas exaltabat cogitationes; propterea nec filij, nec populus donationi restitero, qui nimo ob Imperatorem nitidum, & lavacro sa- lutari datum ob Rempub. beatiorem ac feliciorem redditam, omnes quidem gaudium, letitiamq; maximam cōcepere, quod ex alijs cōprobat *Bursat. d. consil. 124. num. 64.*

Nec obstat quintò quod Valla dixit, nempe q; Sylvestru, ntpoté Pontificem sanctū oblata re- pudiasse; quasi ordini clericali inconveniētia, & ex Christi præcepto prohibita; qui se Regē in mundo appellare nolluit: quia respondeatur ne sapiat quæ Dei sunt, quis enim ipsi dixit ecclesiā temporalia, ac immobilia habere nō posse, & hoc etiā secundū Apostolicā institutionē, nonne ipse fateri debet Apostolos eleemosi- nas, & pretia immobiliū venditorum, succe- sores demum immobilia pro sustentatione eorum accepisse. Notatur in *cap. expedit. 12. q. 1.* nec tamen isti à bono deviarunt. Vnde incōpatibiliā non censentur temporalia cū spiritualibus, quinimo necessaria in ordine ad statum spiri- tualiū. Nec tamē poterat Sylvester ea repudia- re, quia fecisset contra Christi dispositionē, si ab hoc bono Constantinū divertisset, quē cre- dendū est spiritu divino motū post tācas chri- stianorū strages à Nerone hanc libertatē exer- cuisse, ut gloria Dei ecclesiæ nata trāquillitas, Christiq; Vicarius præceteris superior cognos- ceretur. Tandem hoc modo succurere volvit Christus ecclesiæ suæ in miserrimo rerū statu existenti, ut opibus opulenta posset contrarijs omnino resistere, qui eam tanquā omni auxi- lio destitutam oppugnabāt. Accumulant tandem negates talē donationē, quòd nō constat de il- lius acceptatione, nec de possessione habita, vel à Cōstātino tradita. Quinimo cōtrariū potius ob divisionē Imperij inter filios, quibus tamē, & similibus quæ adduci possēt, dicēdū est, non ab ea donationis fictionē argui, quādo quidē in dona-

donatione, & alienatione privatorum procedant supra dicta argumenta non in Christo facta; quæ sola mente, & voluntate ipso iure proficitur, & hoc etiam absque traditione aliqua, maximè cum, & hæc donatio propria nō fuit, sed iuris sui verà restitutio, quæ in parte respectu exercitij exequuta fuit in totum, verò respectu iuris habitu accepta. Deinde dici potest, quod cum donatio in fine Imperij processerit, non potuit ita subitò executioni mandari, nec Constantini respectu, qui ubique Papam conducere non poterat, minus respectu Sylvestri, qui terras, quæ fortè de facto obedientiam recusabant, non ferro, & bellis, sed bona religione paulatim ad suam ditionē perducere volebat. Non enim in uno instanti de profanis ad sacra mutatio fieri poterat; negari tamen non potest, quin ex tempore Pontifices possessionem provinciarum sint adepti respectu dominij, & recognitionis; patet hoc in registris Gregorij septimi, & Alexadri tertij Pontificum, dum Regibus Occidentalibus scribūt in hac forma. *Sicut enim Regna vestra ex antiquissimis constitutionibus Beato Petro, & sancta Romana ecclesia tradita in ius, & proprietatem, & licet Constantini filij, ceterique successores provincias feré omnes possederint, id fuit ex permisso Papæ, qui eis temporalium, ut decet, exercitium permisit, pro ut etiam in modernis temporibus permittit, licet ipse tanquam omnium Dominus ab omnibus reputetur, per Extravagantem Vnam sanctam, de maiorit, & obedient, facit cap. fin. ne clerici, vel Monachi, in 6. vel aliter possessionem Papa habere non putuit ipsius impotētia, Imperatorumque tyrannide, si tamen eam habuit, iterum eis permisit, ut dicti Imperatores tanquam infeudati ab ecclesia eas regerent, & administraret; quod non videtur absonum, cū legamus plures summos Pontifices, Imperator s., Reges, ac Occidentis Principes Imperio eiecisse, & alios substituisse; exempla; Gregorius XI. Leonem Imperatorem, Stephanus XI. Zachariam Gallorum Regem. Gregorius IV. Ludovicum Imperatorem, &cæt.*

Quibus dubijs sic iam absolutissimè confutatis, patet veritas communis opinionis, quæ tot sanctorum, atque doctissimorum virorum authoritate comprobatur, quæ prevalere debet per paucissimis alijs, nec multum firmis; præter communem consuetudinem, quæ in ecclesia ab immemorabilibus temporalibus, hucusq; inolevit, ita quod si aliquis his temporalibus teneret donationem per Constantium Sylvestro minime factam, quatenus verò factam nō tenuisse, fortè ab aliqua heresis suspicione nō procul distaret, quia incurret in damnationē Ioann. Vviclef, qui contradixi hanc diuturnā ecclesiæ consuetudinem, quæ vim legis scriptæ sapit, & servatur iuxta Concil. Constantiens. 6. cap.

6. & cap. Quis 11. dist. & cap. illud. 12. dist. ubi notavimus, & est contra legem Icriptam in e. Sanda vers. Item. 15. dist. ubi approbatur legenda Sylvestri, quæ baptismum, ac totam historiam Constantini continet, & præter nostrum textum in præsenti, cap. fundamenta veri. ne autem de elect. in 6. & ideo cum hæc opinio ab ecclesia sit approbata, contrarium tueri, vel tenere sapit heresim, cum alias hereticus dicatur, qui novam cōtra ecclesiam opinionem, ob cōmodum, gloriam, alium ve respectum gignit, vel fovet, cap. Nulli 19. dist. ubi Glossa, & in cap. finissimè de heretic. cap. omnes 22. dist. & in terminis nostris id affirmare, non distare ab heresi, docuit Panormitan. consil. 82. vol. 1. Castald. de Imperator. dist. quæst. 51. nu. 2. Hieronym. Albus de donat. Constantini fol. 47. Bursat. consil. 124. num. 38. Corar. lib. 4. variar. cap. 16. sub nu. 8. in vers. Secundo ante finem.

Nec minus firma, & vera est opinio quæ habet donationem non solum factam fuisse, sed omni iure valuisse, quod etiam impugnabant adversarij cum impio Vviclef damnato in 4. Concil. Constantien. scff. 8. Firmant opinionem nostrâ ultra Doctores supra citatos Glossa, vebo, pertinet in dict. l. 1. ff. de officio praefelli urbis, recepta communiter à Doctoribus contra Glossam in Authent. quomodo porteat episcopos in principio testatur Alexandrin. adductus à Castald. Corar. Molin. Cevall. & Cened. dictis locis, quibus adde Driedon. de libertat. christian. lib. 1. cap. 9 pag. 10. Nec obstat argumentum supra adductum contra hanc opinionem ex cap. intellecto de iurciur. quatenus ex eo deducitur, non posse Imperatore tam magnificè donare, quia fuit contra iuramentum acceptum in eius coronatione, ubi obligatur servare iura Imperij illæsa, & illibata; facillimè enim respondetur, quod in donatione ab Imperatore facta Romano Pontifici, & sedi Apostolicæ minimè potest considerari grave Imperij præiudicium, tum quia in sanctissimis ecclesijs optima mensura est donatarum serum immenitas, quia si plena dent Imperatores Deo, eiusque ecclesiæ, multi maiora ab ea accipiunt, ut eleganter ait textus in Authent. de non alienaud. §. Simius collat. 2. tum quia Constantinus donando non tā ecclesiæ dedit, quam reddidit, ut iam diximus, ex eo, quod ecclesijs donatur, Deo reddiunt, à quo omne bonum, & donum optimū omnibus provenit, ut ex Apostolo proximè retulimus; tum quia terræ, quas donavit præcedentiū Principum iustanni de fuerant occupatae, qua ratione utitor exquisitam dicens Abb. d. consil. 82. & ante cum Hostiens. in sum. in de immunit. eccliar. num. 12. ante finem. Pigi. de eccliar. bierarch. lib. 5. cap. 16. vers. De Constantini. eleganter Quintinian. in reperi. capit. novit. de iudicijs pag. mihi. 84. præter Castald. Jacobac. & alios citato;. Tū deniq; quia merito alij obliterant Principes omnes, qui in ecclesiæ munifici

& liberales extiterunt, de hostibus suis triumphasse, & Imperium, seu Regnum, & longissimam posteritatem traduxisse, ut longo discursu prosequitur Boſſius de signis eccl. tom. 3. lib. 20. cap. 89. Bellarm. tom. I. controverſ. 4. general. de eccl. militante lib. 4. capit. 18. & cum ingentibus beneficijs à Deo acceptis, scilicet curatione lepræ, & victoria contra Maxentium, divinitus permotus eſſet ad donationem illam faciendam, quia oportebat Romanam eccliam Imperatorum tyrannidē male vexatam temporalium bonorum muniri præſidio, ex textu in d. cap. fundamenta de elect. in 6. & ſupra notatis. Deinde reſpondetur omnem Imperatorum potestatem à populo ad eos fuſſe translatam, l. i. ff. de conſtitut. Principum ac ſubinde idem populus, conſentiente Principe, partem hanc, & dominium in aliud transferre potuit ex cap. 1. de regul. iur. in 6. conſtat autem donationem nō ſolūm à Constantino factam fuſſe, ſed ſimilium Satrapis, Optimatibus, Senatu, ac populo, ex hoc noſtro cap. Conſtantinus d. cap. fundamenta tandem reſpondetur, quod licet daremus Cōſtantini ſuccelfores, eo tempore, quo Imperiu apud Græcos reſidebat, conqueri potuſſe de profusa Imperatoris largitione, quod ex d. §. Simius, falſum apparet, minimè tamen iā tunc conqueri poſſunt Imperatores Germani, ad quos ex Grecis Imperium, translatum eſt, non enim à Constantino, vel alijs Græcis Imperatoribus imperium ſuſcepereunt, ſed ab ipſo Romano Pontifice, cap. venerabilem de elect. explicat. Navar. in d. cap. novit de iudic. notab. 3. numer. 3. & numer. 124. & per integrum trac- tatum explicat Bellarm. d. tomo primo tract. de translat. Imper. Molin. diſput. 26. poſt alios, quos reſer- runt; quare de viribus huius donationis agere nō magis pertinet ad hodiernos Imperatores, quaſi Regnum Macedonum, aut Perſarum re- peterent, ut benē arguit Pigi. citato loco.

12 In textu, ibi, Satrapis. Quod no- men Perſicum eſt; ſignificans præfēctum, ſeu Guber- natorem alicuius provinciæ, de quo Terent. in Heaut. Satrapes, ſi ſiet amator, nunquam ſuſſerre eius ſumptus queat, ex hoc nomine venit satrapia, vel satrapea, quæ eſt Regio, ſeu præfectura. Vnde Plin. lib. 6. cap. 20. in fine, etenim plerique Occiden- te non Indo determinant, ſed adiungunt quatuor satra- pias, Gedrosos, & cat. qua diſiione viſi tuerunt plures populi, præcipue Perſæ, qui capadociam in duas satrapeias diſiernerunt, ut narrat Strab. in ſuſa Geograph. lib. 12. ſub. numer. 20. & inde Ca- padoces satrapeias utebantur, quem admodum, & alij etiam de quibus vide Herodot. lib. I. de Babi- lonijs loquentem, & lib. 3. ubi ſcribit Darium conſtituisse Regnum in viginti ſatrapeias. Q. Curt. lib. 5. optimè Tiraquel. in Alexandr. in genia-

lib. diebus lib. 2. cap. 27. ad fin. De ſatrapis vide etiam Iudic. cap. 3. num. 2. & cap. 16. num. 8. & I. Regam, cap. 5. num. 8. & cap. 6. num. 4. & num. 12. & lib. 4. cap. 18. num. 24. & lib. 2. Paralipom. cap. 9. num. 14. & I. Eſdr. cap. 8. num. 36. & Eſter. cap. 3. num. 12. & Daniel. cap. 3. num. 2. & ſaþe alibi in ſcriptur.

In textu, ibi, Phrigium. Eſt cer- tum in- dumentum Regium auro in textum, & acu de- pictum, dicitur ſic, quia Phriges ex regione Phrigiæ minoris Asiae, primi inventores fue- runt huius texturæ, ex Plin. lib. 8. cap. 84. num. 40. & ideo Phrigiones appellati ſunt, telle co- dem Plinio ubi proximè, Phrigianæ togæ uſus incepit ab Auguſto, ut refert Plinius citatus.

In textu, ibi, Chlamidem pur- puream. Dictio eſt Græca, ſignificat uellem militarem pallio breviori, & strictiore, cuius uſus antiquus eſt apud Imperatores, & Reges, ut videre eſt per D. Thom. in Caten. ad cap. 27. Matthei littera E. D. Hieronym. ibidem vers. tunc milites, & in lib. 1. Reg. cap. 24. numer. 12. & Matib. 27. qui meminit chlamidis coccineæ, qua Iudæi Christum Dominum per Iudibrium inquierunt, eum Regē appellantes. De chlamide loquitur etiam Virg. lib. 8. Aeneid.

In medio chlamide, & pīlīs conspectus in armis. Et Plaut. Puer cape chlamidem, & da pallium. Idem adornatum militis ait, opus eſſe chlamide. Præterea (ut auctor eſt. Pollux in Onomastico) fuit chlamys proprius, vel peregrinantium, vel venatorum habitus. Qui enim longissimā itineris peregrinationē, aut venationem uſcipebāt, ad cæli iniurias propulsandas chlamyde utebantur. Hinc eſt, ut Regina Dido in ve- nationem profectura, chlamyde ornata pin- gatur à Virgilio Aeneid. 4.

Sidoniam pīlo chlamydem circumdata limbo. Vide illo loco Pentanum, Cerdam, & Conradum.

In textu, ibi, Banna. Eſt species exilijs ſimi- lis proſcriptioni, unde banniti dicuntur, & quia hoc reputatur inter fructus iurisdictionis, ex Bald. in l. I. Cod. de fruct. & litium expensis num. 15. Cælio leſt. antiq. lib. 15. cap. 17. ideo Imperator id ſummo Pontifici conſeffit. De Bannis vide plenissime Ioann. Berthach. in ſuo copioso Indice littera B. Alex Scot. eadem littera. Greg. Lopez p. 5. l. 45. tit. 5. Gloſſa 3. Accipitur etiam Bannum in alio ſignificatu, ut videre eſt per textum in cap. ult. qui matrimonium accuſare poſſunt, ubi Abb. nu. 4. Lopez partit. 3. tit. 22. l. 26. Gloſſa 9 & part. 4. titul. 3. l. 1. Gloſſa 5. & 6. & ſaþe alibi plenissime. Eſt etiā aliud nomen huic ſimile, non duplicato, n, & ſcribiatur Bana, quo ſignificatur omne xdi- ficiorum genus, de quo vide recenter frat. Luc. de Mon-

*de Mento. in Methaphor. super scriptur. fol. 18. col. 1.
ad medium. In alijs verò codicibus loco **Ban-**
na, legitur, **Banda**, de quo verbo videndus **Suid**.
ibidem; de banno est etiam textus, in cap. **Stat-**
timus, in fine, 16. quest. 1.*

CAP. Sicut. XV.

SUMMARY.

- 1 *Imperium non potest se intromittere in sacerdotio, debet tamen esse ecclesia patronum.*
- 2 *Imperator, an possit emendare Papam, si in fide erraverit?*

lib. 3. cap. 34. lit. E. vers. Secundo queritur, sed tamen
variatur forma hæc in quibuidam verbis: ut vi-
dere est per supra citatos, & in cœrimonialibus.

3 Postquam autem prælatus per advocatū, vel
procuratorem suum pallium instantissimè pe-
titivit. Tunc Pontifex excluso advocate exquirit
Patrum sententias, an dandum sit pallium: &
ubi consentiunt, cōmittitur Priori Diaconoru
Cardinalium pallij traditio prælato, vel eius p-
curatori, & expediuntur super ea re littere Apo-
stolicæ. Assignat prius Diaconorum Prior locū,
& diem ad pallium tradendum: & semper fie-
ri solet huiusmodi traditio in domo ipsius Car-
dinalis in capella sua privata; interdum autem
in ecclesia S. Petri, ubi venit Prælatus, vel eius
procurator. ad accipendum pallium adstanti-
bus Priori Diaconorum, & Subdiacono Apos-
tolico cum ipso pallio, qui illud explicat, &
reponit super altare, tunc prælatus si adsit in-
dutus Rochetto, vel si eius procurator super-
pellicio genuflectens in gradu altaris pallium
instantissimè petit sub p̄dicta forma. Tunc
Prior accipiens pallium de altari, illud imponit
super humeros Prælati genuflexi, dicens ver-
ba, iam supra relata. Scilicet. *Ad honorem Omni-
potentis Dei, &c.* & illud cum subdiacono aptat,
non tamen spinas infigit. Vide plura de hoc p
Christophor. Marcel. in Cœrimonial. Roman. d. lib. 1.
cap. 8. per totum, ibi dicit se vidisse Xistum IV.
manibus proprijs dedisse pallium Patriarchæ
Constantinopolitano, Hieronymo Lando Ve-
neto, quod tamen indecens Pontifici iudicavit.

4 Si autem quæras à quo petendū sit pallium?
Respondeo, quod licet olim Archiepiscopi à
magnis illis quatuor Patriarchis subiectos sci-
licet Constantinopolitano, Alexandrino, &c.
pallium p̄tere consuevissent, iuxta textum in
cap. Antiqua, de privileg. Nunc verò à solo Sum-
mo Pontifice pallium peti debet, & ei compe-
tit illud conferre, ut per *Azor institut. moral. p. 2.*
lib. 3. cap. 24. lit. B. vers. Quaritur.

CAP. Novit. III.

S V M M A R I V M.

- 1 Quid sit accipere pallium de corpore B.
Petri?
- 2 Quis affert pallium ad prælatū electū?

I N textu, ibi, *Ante corpus B.
Petri.* Quæres ex textu, quid sit trade-
re, vel accipere pallium de cor-
pore B. Petri sumptum? Ex textu in cap. Signifi-
casi, de elect. Respondeo ideo hoc dici, quia post-
quam pallium est perfectum, defertur ad Basili-
cam S. Petri, & per Canonicos dictæ Basilicæ
ponitur desuper corpora Beatorum Apostolorū
Petri, & Pauli, sub altare maius, & ibi per no-
tum custoditur de mane, dum tollitur, datur
subdiaconis ad custodiendum, & alia fiunt, ut
in Cœrimonial. Romano, sæpe citato, lib. 1. cap. 8.
de pallio, vers. Et si qui, in fine. Moscon. d. lib. 1. pag.
235. lit. B. Azor instit. moral. 2. p. lib. 3. cap. 34. lit. C.
vers. Porro, ad fin. Durant. de ritib. eccles. lib. 2. cap.
9. num. 41. Guido Pancir. in thesauro variat. lect. lib. 1.
cap. 20. Rusaus de p̄ceminentia Archiep. dignitatis, pri-
vileg. 21. vers. Et sciendum. Alij verò non con-
temnendæ auctoritatis doctores affirmant, pal-
lium ideo assumi de corpore B. Petri, quia à so-
lo Romano Pontifice Petri successore est acci-
piendum. Ita suspicatur, imò opinatur Zechins
de Repub. ecclesiast. tit. de statu Illustrissimi Patriarche,
num. 5. vers. Traditur. Vascouel. in Harmonia rubri-
carum, sub tit. de authorie. & usu pallij, num. 7. Ho-
rum tamen auctorum opinionem, tanquam
minus probabilem modò non approbamus.

Quæres ulterius, quis affert pallium ad præ-
latum electum? Dubium enim erat de hoc,
quando promotus fui ad hanc ecclesiam Bra-
charensem, sed tamen soluit totum ordinarius
tabellarius, qui pallium simul cum diplomati-
bus, vel litteris Apostolicis asportavit, & inde
regis particeps secretorum, vulgo, secretario,
illud ad me per suum clientem remisit; hæc
docuit experientia, inde collegi dictum illud,
nempè quod pallium erat portandum per sa-
cerdotem, qui semper in aliqua ecclesia debeat
pernoctare, exortum fuisse ab illa cœmonia
facta à procuratore prælati petentis pallium,
qui quando illud accipiebat de manibus Prio-
ris, promittebat se nunquam remanetur, ni-
si in loco sacro iuxta Cœrimonial. Roman. d. cap 8.
vers. Ego N. II. & inde videbatur dicendum so-
lum per sacerdotem tali modò pallium esse
asp̄tandum, sed tamen, ut fui expertus, aliter
se se res habuit.

C A P. Optatum. IV.

S V M M A R I V M.

- 1 De materia pallij, & quis illud conficit?
- 2 Qua parte corporis superinduitur.

Eccc 3 IN

IN text. ibi, *Pallium*. Diximus su-
pra in initio
huius distinctionis, pallium esse confessū
ex lana, nunc autem scies quomodo con-
ficitur. Sanctimoniales monasterij Sancte Ag-
netis, vel religiosi, qui sunt in illa ecclesia, of-
ferunt quotannis agnos duos albos super altare
illius ecclesie in die festivitatis Sancte Agnetis,
dum in Missa solemni cantatur, *Agnus Dei*, qui
agni recipiuntur à duobus canonicis ecclesiae
Lateranensis, & ab eis postea consignantur sub-
diaconi Apostolici, qui agnos ipsos in pascua
mittunt, quoad veniat tempus illos tondendi
opportunum. Ex his agnis tondetur lana, quæ
mixta cum alia lana alba, & pariter munda, re-
ducitur in filum, ex quo pallia huiusmodi conte-
xuntur latitudine digitorum trium; vide *Christ.*
Marcel. in *cœremonial.* lib. I. cap. 8. in fin. princip.
Moscon. p. I. lib. I. cap. 8. pag. 236. *in C.* ad fin.

2 Ambit pallium præfolum humeros, & à pe-
ctore, & renibus particulam pendentem habet
longitudinis palmi, & in extremitatibus laminae
plumbreas tenues ad parem latitudinem in
fine orbiculatas, nigro serico rectas, iniutas su-
per pendentes particulas ante, & post. Adapta-
tur humeris præfulis tribus acubus in fixum, &
ad humerum sinistrum pars duplex manet, quæ
omnia profundissima continent Sacra menta:
ut videre est per Durand. in *Rational. divinor.* d. lib.
3. cap. 17. à nu. 3. & sequentib. *Innocent.* lib. I. de
sacro altaris ministerio. cap. 62. *Durant.* de rub. eccles.
lib. 2. cap. 9. à nu. 44. & deniq. plura circa pallij
cœremonias. Vide *Lancelot.* in *institution.* *Canonico.*
cap. II. in principio.

CAP. In ea. V.

S V M M A R I V M.

1 Non potest pallium accipi absq. iurame-
to præstito à prælato.

IN textu, ibi, *Si prius se promi-
serit.* Collige ex textu, non posse pallium
accipi à prælato, quin prius iura-
mentum præstet de servandis licitis, & ea quæ
continentur in fide, cuius forma præscribitur
in cœremonialibus *cap. de Pallio*, & postquam
Prælatus sic iurat, episcopus, cui committitur
pallij traditio, illud prælato confert, quod sem-
per debet fieri in ecclesia per episcopum Pon-
tificialibus indurum, & post celebratam Mis-
sam, quæ omnia, & plura alia circa pallij tra-
ditionem prosequere cum cœremonial. loco ci-
pato.

CAP. Pallium. VI.

S V M M A R I V M.

- 1 In quibus locis Archiepiscopus utatur pallio?
- 2 Papa ubi q. pallio uti potest.

IN textu, ibi, *Intra Ecclesiam i-
tuam ad sola missarū solēnia.*

Ergo Archiepiscopus debet uti pallio in
ecclesijs tantum iuxta provinciæ, & non omni-
bus diebus, quibus in Pontificali celebret, sed
solum in illis, quæ numerantur in cœremoni-
iali, ut sunt Nativitas Domini, festivitas san-
cti Joannis, & sancti Stephani Prothomartyris,
& in alijs, quæ ibi videre poteris, de quo etiam
Azor. 2. p. *Institution.* lib. 3. cap. 34. litter. E. vers.
Quares quinam. *Durand.* in *Rational. divinor.* d. lib. 3.
cap. 17. nu. 13. *Moscon.* p. I. lib. I. cap. 8. pag. 236.
lit. B. & reliqui omnes, quos citasti. *Frat.* Eu-
manuel. *Rodrig.* regul. *quast.* tom. 4. in *praxi criminal.*
tit. 4. de visit. cap. 14. nu. 10. *Quaranta in sum. Bullarij,*
verbo, *Archiepiscopi auctoritas*, vers. 32. *Zerol.* in *praxi*,
p. I. verbo, *Archiepiscopus*, §. 2. *Marc.* *Antonius Ge-*
nueus. in *praxi Curia Archiepis. Neapol.* cap. 7. nu. 18.

Summus Pontifex utitur pallio ubiq. &
quandocunq. voluerit: ut notat *Moscon.* ubi p.
ximè, pag. 235. lit. C. *Sylvest.* in sum. verbo, pallium,
in princip. Ratio verò cur Sūmmus Pontifex
nullam habet limitatum locum, sed in omni
indeterminata pallio uti potest, est quia illi soli
competit plenitudo potestatis in omnes totius
terrarum orbis ecclesijs. Ita *Henriq.* in *summa*,
lib. 10. cap. 31. in princip. Qualis autem sit for-
ma pallij Summi Pontificis: vide *Durand.* in
Rational. d. cap. 17. num. 14.

CAP. Non solum. VII.

S V M M A R I V M.

- 1 An in pallio Archiepiscopi continetur
plenitudo Pontificalis officij?
- 2 Vtrum Archiepiscopus exercens ea, que
proveniunt ex pallio, absq. illo va-
lida sint?

Quæres ex eo utrum in pallio Archiepil-
copi continetur plenitudo Pontificalis
officij? Respondeo affirmative, &
probatur ex formatum dandi pallium, tūm ac-
cipiendi illud, quas supra apposuimus, & notat
præterea

præterea Durand. citatus num. 11. Durant. de ritibus ecclesiæ d. lib. 2. cap. 9. num. 45. & est textus in cap. nisi de authorit. & usu pallij, cap. quarto de translatione episcopi cap. Illa quotidiana de electione. cap. proposuit, §. final. de concessione præbend. cap. Nihil, §. ceterum de electione. Henc. in sum. lib. 9. cap. 30. de vero missa sacrificio. num. 4. ad finem. Frat. Emman. Rodrig. ubi proxime. Vnde non poterit prælatus sine pallio ea munera obire, quæ sunt potestatis ordinis, vel iurisdictionis, & inde sequitur nō posse se Archiepiscopū nominare, cap. nisi de authoritate & usu pallij, nec posse convocare conciliū, nec christma confidere, nec dedicare Bazilicas, ordinare clericos, & episcopos consecrare, ut præter citatos notat optimè Azor 2. part. institution. lib. 3. cap. 34. littera B. vers. 5. quæritur ubi explicat, & intelligit cōtra hanc resolutionem, textū in cap. suffraganeis de electione.

2 Quæres ulterius, an si Archiepiscopus faciat ea, quæ illi proveniunt ex pallio, absq; illo valida, & firma sint? Respondetur sub distinctione, vel enim ante pallium acceptum episcopus consecratus erat, vel nō, in primo casu rata, & firma manent, quæ fecit circa potestatē ordinis chrismatis, &c. Sed tamen peccat cōtra Canones, & iura, si verē non fuerit consecratus, inanis, & frustratoria opera exercet, ut notat Azor ubi proximè littera E. vers. 6. & ibidem videbis an incurrat in aliquam pænam iuris, obcundo munera ante pallium.

C A P. Contra. VIII.

S V M M A R I V M.

- 1 Non potest Archiepiscopus extra ecclesiam pallio uti.
- 2 Privilegium debet ostendi, quando est contra ius cōmune.
- 3 An scriptura sit de substantia privilegij?

1 In textu. Nota ex eo non posse Archiepiscopum de iure extra ecclesiam pallio uti, v.g. in supplicationibus publicis, concessu, vel comitijs. Vide Azor. 2. part. instit. lib. 3. cap. 34. littera E. vers. 7.

2 In textu, ibi, Neq, privilegio. Ergo privilegium debet ostendi, quando est contra ius commune. Vide Felin. in cap. accedentes de prescriptione. num. 11. vers. primus.

3 In textu, ibi, ad finem, aut ex scriptis. Verum scriptura sit de substantia privilegij. Lege optimè suar, de legibus lib. 8. cap. 2. num. 1. & 3.

C A P. Rationis. IX.

S V M M A R I V M.

- 1 Que obligatio proveniat ex pallio?
- 2 Pallij usus est privilegium personæ in- barens.

1 In textu. Admonentur pontifices palliū gestantes, ut cum morum probitate ad Christi gloriam officium suum adorment: ut ex nostro textu concludit Durant. de ritibus ecclesiæ d. lib. 2. cap. 9. uu. 3. ad finem.

In textu, ibi, Cum usus pallij, &c.

Collige ex textu, pallij usum esse personæ privilegium: ac proinde ad alium non transit: & inde sequitur nō posse Archiepiscopum pallium suum alteri commodare, ut illo utatur. Vide Azor d. lib. 2. part. 2. institut. moral. cap. 34. littera A. vers. 8. Quæritur, Sylvester, verbo, pallium ad finem. Durand. in rational. Divinor. lib. 3. cap. 17. n. 12. Quæritur. in summ. Bullar. verbo, Archiepiscopū Authoritas vers. 32. Authoritas; poterit tamen cōmodare pallium, ut videatur, notat Lancelot. institut. Canon. lib. 1. iii. de pallij ratione vers. 10. cōmodari.

C A P. Pallium. X.

S V M M A R I V M.

- 1 Archiepiscopus cum suo pallio debet sepeliri.
- 2 Vtrum Archiepiscopus secundò rediens ad eundem Archiepiscopatum novo pallio egeat? & num. 3.
- 4 Vtrum Archiepiscopus qui renuntiavit, si iterum eligatur egeat novo pallio?
- 5 Quid si pallium igne comburatur, vel fuerit suratum?

1 In textu. Nota ex textu proximō Archiepiscopum cum suo pallio debere sepeliri, & si ad aliam ecclesiam translatus fuerit, novum pallium petendum esse, vide Durand. modo citatum, Sylvester. & Azor. & præter eos Caremon. tit. de pallio, Lancelot. in canonie. lib. 1. iii. de receptione pallij vers. sepeliendus, & cū pallio secundū ecclesiæ ad quā fuit translatus de-

Prima pars Decreti.

876.

bet sepeliri, Azor. i. inst. moral. pars. 2. lib. 3. cap. 34. quæst. 8. Vnde nunquam unus metropolitanus cum alterius pallio poterit sepeliri, ut obser- vavit. Quaranta in summa bullarij, verbo, Archiepiscopi autoritas vers. 32. autoritas.

2 Poterat hoc loco quælio excitari. Vtrum qui semel habuit pallium unius Archiepiscopatus, si ab illo ad alium transferatur iterumq; redeat ad priorem, indigeat novo pallio, vel primum sufficiat? Verbi gratia, antecessor noster Illustrissimus, & Reverendissimus Dominus D. Georgius à Costa sanctæ Romæ ecclesie Cardinalis, qui semel, atque iterum ad hanc Primatelem Sedem fuit assumptus, & Serenissimus Infans Cardinalis Henricus, postea Rex ad Eborensem Archiepiscopatum relectus. Hanc questionem nullibi excitata non veni, consuli tam aliquos viros doctos, ideoq; ex illorum cerebro questionis resolutio est pe- tenda; si nulq; proferam, quidquid rationis p- utraque parte se mihi obtulerit. Prima igitur sententia fuit non esse necessariam novam pallij sumptionem, sed primum esse sufficiens. Probatur primò, quia pallium est quædam plenitudo Pontificalis dignitatis, & veluti condi- tio requisita, ut prælatus ea munera obeat, quæ sunt potestatis ordinis, vel iurisdictionis: sed hæc conditio iam semel fuit posita, & adhuc integra perseverat, ergo non est cur iterum in- noveretur. Probatur secundò quia, unum palliū nihil in se continet, quod aliud non contineat, cum in illis detur eadem materia, forma, & benedictio in ordine ad eandem iurisdictionem Archiepiscopalem: ergo qui unum obti- nuit ad Bracharensem prælaturam, non indi- get alio; si ad eandem redeat dignitatem. Pro- batur tertio quia, ut constat ex Innocent. 3. lib. 1. mysterio: um misse, cap. 63. Panormit. in cap. Antiqua, de privileg. Conrad. Brun. de cæremonijs, lib. 3. cap. 4. ad fin. Polydor. Virgil. de inventorijs rerum. lib. 12. cap. 12. fr. Bernard. de Britto in Chronic. Ordin. Cister. lib. 4. cap. 24. pag. 255. pallium ex natura sua ni- hil aliud est, quam ornamentum Archiepisco- potam, crucibus nigris intextum humeros, velut corona pectusq; circundans; sed si Ar- chiepiscopus ad primam Sedem iterum voca- tus, Pontificalia ornamenta integra, illæsaq; conseruet, non est cur alia nova instituat, ergo idem de pallio erit dicendum. Ultimò ostendit- tur eadem sententia quia, ut opinatur Sanch. in Decalog. lib. 2. cap. 5. num. 6. qui ob aliquem titulum Doctoratus publicam fidei professio- nem emisit, non tenetur eam iterum emittere ratione adepti beneficij, si forte illam imme- mor omisit. Et similiter si facta professione fi- dei canonicus ad aliam ecclesiam transferatur, probabile est non teneri ad novam professio- nem, ut refert Sanch. citatus, & Azor tom. 2. inst. moral. cap. 2. q. 8. ergo etiam, qui semel unius

Archiepiscopatus pallium accepit, non alio in- digebit si ad eundem Archiepiscopatum redeat. Et ulterius confirmatur, nam prælatus ad ean- dem mitram rediens, non tenetur ad iterandum fidelitatis Sacramentum, sed sufficit iuramen- tum semel factum, ergo etiam sufficiet pal- lium semel acceptum.

3 Secunda sententia affirmans, requiri novam pallij sumptionem pro se aliqua habet argu- menta non contēnenda. Primum sit. Pallium est plenitudo Pontificalis officij, & dignitatis, & est signum completæ, & integræ execu- tio- nis potestatis ordinis, & ita est inhærens perso- na, qui promovetur ad Archiepiscopatum; ut nullo modo ab ea separari possit, ut iam per yaria iura huius distinctionis latè probavimus: atqui extincto toto integrali, extinguitur pars totum integrans: ergo extincta universali po- testate Pontificali Bracharensi per discessum ad aliud beneficium Archiepiscopale, extingui- tur pars ipsiusmet potestatis Pontificalis Bra- charensis datæ tempore pallij tanquam per sig- num: ergo adveniente nova Bracharensi po- testate Pontificali per iteratum adventum ad idem beneficium Archiepiscopale Bracharen- se, necesse est novum peti pallium, per quod, tanquam per signum re completè, & integrè potestas ea nova indulgetur. Sicut enim celsa- te toto integrali cessat pars integrans; ita ad- veniente novo toto, adveniat, opus est nova pars integrans. Secundū argumentū. Ornamē- ta Pontificalia sunt in dupli genere; primi generis inserviunt ad actus ordinis solemniter perficiendos, verbi gratia, Baculus, Mitra, &c. Secundi generis ulterius signum exhibent cō- plætæ potestatis Pontificalis. Inter hæc vero duo ornamento genera latum cernitur dis- crimen. Nam primi generis ornamenta valent alteri Archiepiscopo accōmodata præstari, ut actus ordinis solemniter exerceat possunt item deferri ad aliud beneficium Archiepiscopale, si ad illud fiat transitus: quæ omnia desiderā- tur in ornamento secundi generis; quod sanè ex eo venit, quia ornamento secundi gene- ris non inservit, tantum ad solemniter exer- cendos actus ordinis Pontificalis; sed etiam est signum completæ, & integræ potestatis Pontifi- calis, quæ tunc solùm tribuitur, quando tale ornamento conferitur. Probatur tertio, quia pallium est privilegium singulare, & indivi- dum; non solum respectu personæ illius Ar- chiepiscopi, cui conceditur (unde fit, ut alteri nequeat dari accōmodatum) sed etiam est sin- gulare, & individuum respectu singularis, & individuæ potestatis Pontificalis, in cuius sig- num datur. Vnde sequitur, quod pallium co- cessum ad potestatem Archiepiscopalem Bra- charensem non inserviat ad potestatem Ar- chiepiscopalem Vlyssipponensem. Ergo simi- liter

3
6 Litera non inservit ad Bracharensem iam demissam, & deperditam per abcessum quantumvis iterum fiat regressus ad Bracharensem; quia licet materialiter fiat regressus ad idem beneficium, est tamen formaliter diversum, quia est nova, & diversa potestas Archiepiscopalis. Vnde colligi videtur opus esse novum iuramentū inclusum in nova pallij petitione, sicut requiruntur novae litteræ, quidquid sit de alio iuramento, & professione fidei postea emissa iuxta Bullam Pij IV. de qua Vtrum opus sit iterari pro utraque parte opinari est liberum.

4 Questioni hactenus disputatae affinis est alia quæstio, quæ inquirit. Vtrum Archiepiscopus, qui sponte sua suo se Archiepiscopatu abdicavit, si iterum ad eandem ecclesiam eligatur, alio indigeat pallio? In qua re satis recens est memoria Sanctissimi Pontificis Fr. Bartholomæi a Martyribus, qui Bracharensem Archiepiscopatum diu regens, cum vitam ab omnibus curarum strepitu alienam peroptaret, & omnem animarum, satis quidem periculosam, curam vellet a se abscere, præhabita Papæ facultate ab insula ad monachi cucullum, a baculo ad monasterium, a Pontificali majestate atque cœnobij solitudinem, asperitatemq; con fugit. Postea tamen cum Braccharenses oves tanti pastoris amore, & desiderijs contabescerent, eundemq; iterum gemitibus, ac suspirijs mendicantium cœtus exposcerent, parum absuit, quin Lusitanorum Regum imperio ad eadem gubernandam sedem iterum cogeretur. Quid igitur in tali eventu faciendum foret, novum ne pallium petendum? Respondeo cum distinctione. Si enim post factam renuntiationem, priusquam de alio Archiepiscopo provideretur, antequam factam renuntiationem Papa acceptaret, litteræque cum pallio essent expeditæ, ille iterum cogeretur redire ad suam ecclesiam, tunc primum pallium esset satis. Si vero ad renuntiatam rediret ecclesiam, cui iam de alio pastore provisum erat, difficilior mihi videtur resolutio; ideoque eandem eligo responsionem, eademque fundamenta, quibus superiori quæstione ostendi, novum palliu esse petendum. Idem præterea ostendo quia, Archiepiscopus qui semel renuntiavit, non potest uti pallio, ut constat ex cap. ultimo de author. & usu pallij, cum Panyino de visitat. 2. part. questione 3. nam. 19. Ergo signum est simul cum Archiepiscopatu omnem jurisdictionis plenitudinem, ipsamque pallij potestatem perdidisse, igitur si ad eundem redeat, nova indiget jurisdictione, & consequenter novo pallio. Confirmatur quia iuxta communem Theologorum proloquium, destruto fundamento destruitur ædificiū superimpositum: sed per factam renuntiationem tollitur munus Archiepiscopale, manetque homo persona privata: ergo simul perdit pal-

lium, quod erat veluti complementū, & plenitudo ipsius jurisdictionis. Vnde quemadmodū eget nova potestatis collatione, ita eget nova pallij sumptione.

Adhuc tamen suboritur dubium, quod apud nullum auctorem neque leviter prælibatum inveni. Si detur evetus in quo aliquis Archiepiscopus suum perdat pallium a Pontifice acceptum, vel casu igne combustum poterit ne absque illo Pontificalia munera exercere? Mihi probabilius videtur affirmandum. Quod probatur primo ex cap. Nisi de author. & usu pallij, ubi dicitur, per pallij receptionem: conferri nomen Archiepiscopale, & Pontificalis officij plenitudinem: ergo cum ille iam totum hoc receperit per pallium semel acceptum, quanvis illud perdidit, nihil officiet datæ jurisdictionis exercitio; et que hac in re appossum ex exempli ex illis deductum, qui bullam Cruciatæ accipiunt; hi enim si acceptam semel bullam perdat, adhuc illius indulgentijs uti possunt. Sic igitur qui datum pallium perdidit, adhuc integer erit ad Pontificia potestatis exercitium. Probatur secundò ex cap. Quia nos eodem titulo, ubi conceditur Archiepiscopo, ut sine pallio, & sacerdolijs possit celebrare: ergo pallium non est essentialiter ad valorem actuum requisitum, sed solum est conditio in prima collatione adhibenda; quod Glossa in citato capite, non quidem obscurè innuere videtur, & ulterius confirmatur ex Azor lib. 3. inst. mor. part. 2. cap. 34. ubi ait pallij acceptancem necessariam esse ad ea munera obeunda, quæ sunt potestatis ordinis, vel jurisdictionis ergo qui semel accepit pallium, quanvis illud perdat, est quid per accidens, cù tamen idem Archiepiscopus teneatur certis dierum solemnitatibus suo uti pallio, tenebitur magna diligentia aliud procurare gratis omnino donandum.

C A P. Scriptorum. XI.

S V M M A R I V M.

I Quam jurisdictionem tribuat Archiepiscopo pallium.

IN textu, ad finem, ibi, Cum et concessisse. Probat textus per pallium concedi Archiepiscopo jurisdictionem Archiepiscopalem notat Abb. in cap. Quanto, & in cap. Pastoralis officio iudicis ordinari. Vide optimè Azor. inst. moral. part. 2. dict. lib. 3. cap. 34. lit. B. vers. 9. quaratur.

Eeee 5 DIS-

DISTINCTIO. CI.

CAP. Pervenit unicum.

S V M M A R I V M .

- 1 Non possunt Archiepiscopi suas dividere provincias, absque Papæ consensu.
- 2 Quid sit pragmatica, & quibus modis dicatur.
- 3 Sepulchrum Gratiani.

IN textu. Prohibet Pontifex, ne Archiepiscopi absque consensu Papæ suam provinciam in duas dividant; faciunt ad textum, quæ notavit *Tirachel de iure primogenitor.* tom. I. quast. 4. nu. 6. & 7. Si vero inquitas quid sit provincia? Responsum eruo ex Papa Pelagio Secundo relato in cap. *Seitote.* 6. quastione 3. ubi affirmat, provinciam esse cui praedit Archiepiscopus, quæ habet sub se decem, aut undecim civitates, totidemque episcopos, ut notavit *Rebuff.* in *concord.* tit. de *collation.* §. 1. verbo, *Metropolitana.* Mihi tamen vetior appetit opinio. *Petri Gregor.* *Synagm lib. 15. cap. 11. num. 3.* afferentis, illam constitutionem, sive legem perpetuam, & universalem non fuisse, sed ex principum arbitrio, & annorum decursu esse variatam, proindeque numerum episcoporum in unaquaque provincia fuisse constitutum, prout singulis magis expedire videbatur. De quo iam aliquid supra diximus in cap. *provincia dist. 99.*

2 In textu, ibi, Pragmaticum sacram. Dicitur propriè illud, quod princeps de consilio procerum sentit, & statuit pro rebus cōmunib⁹, & universitatis ex textu cum ibi notatis in *leg. ult. in fin.* *Cod. divers. rescript. l. fin. C. domest. & pro. li. 12.* & ex multis alijs notat optime *Cosm. in pragmat. sandio.* tom. 2. tit. de conclusione ecclesie Gallicane ibi, pragmaticam fol. mīhi 228. ubi plura de pragmatica, & quas ulterius habeat significationes: quas ideo non lentius expēdendas suscepimus, quia nostrum hunc laborem ad metas iam festinantem, operatissimo fine volumus absolvi; neque enim pastorali cura, & sollicitudine animus p̄peditus, & gravissimis distrahentium curarum fluctibus occupatus, vix aliquid in litteris otium potest consumere.

Est quippe animus integrum Gratiani opus qualicunque studio, & labore elucidare. Cuius Gratiani laudes omni immortalitate, & posteritate consecrandas assumpit Ioannes Franciscus Aldobrandus quartus Dictator Bononiensis, eū eiusdem divini compilatoris marmoreum monumentum, quod temporis diuturnitate nimium obsorduerat, publico ære renovavit.

D. O. M.

Gratiani Clusini Cæsarei Iur. & Pont. enucleatoris propè divini, qui monachus martyrum Felicis, & Naboris æde, absoltis. Ibidem opus Decretorū anno Gratiae M. C. L. I. compilavit; monumentum: quod illic carie ruderibusq; obsorduerat, hic magnificentius renovatum, Ioannes Franciscus Aldobrandus Bononiensis IIII. Dictator ære publico instauravit: Anno salutis M. CCCC. xcviij. idib. Junij: Ioāne Bentivolo II. P. P. Répub. fæliciter gubernante.

Et in æde Sancti Felicis ubi idem Gratianus Decretorum opus compilaverat, hanc sāxo vetustissimo addidit carminis inscriptionem. Ut videre est in primo tomo tractatum fol. 57.

Hanc edis partem lector reverenter adito.

Namq; loci monachus Decretum hic condidit huius Divinum Gratianus opus; quantumlibet arcto; Contentus septo; quod, nunc reparando caducum Et vetus hoc claustrum, tolli fuit inde necesse. Id tamen Abbatē est constructum Bartholomaeo. Mille trecentennis decies, septem, atque quaternis. Annis à Christo pura de Virgine nato.

Cui hominum Servatori, & humanæ libertatis assertori, nec non Immaculatae Virginis Conceptioni nostrum hunc laborem dicatum, & consecratum esse volumus.

Additio

Nunc vero quia haec in tempora incidi-
mus, in quibus magna inter viros doctos
Bracharæ commorantes contentio orta
est, utrum nos in nostro Archiepiscopatu, &
Hispaniarum Primatu Bracharensi, simul cum
Reverendo Capitulo, eiusdem Sedis breviariū
(ob suam antiquitatem maximè commendan-
dum, & non mediocre nostri primatus argu-
mentum) vel per detractionem, vel p novam
additionem ex Romano desumptam immuta-
re possemus? Non equidem abs re me factu-
rum esse iudicavi, si dissidentes illorum opinio-
nes in unam veluti colligerem: dum mentem
quisque suam validissimis fultam, firmatamq
rationibus ostendit. Quapropter hac in re scri-
ptoris potius, quam auctoris vices geram; neq
in confutatione, sed in nuda argumentorum
narratione immorabor, ut quisque in eligen-
do habeat optionem, neque me aliquis alienæ
sententiae damnatorem, sed potius relatorem
audeat appellare.

Præcipua igitur questionis difficultas in eo
principalius versatur, Verum illa recitationis
immutatio fieri possit in illo casu, quo Brevia-
rium Bracharensis editum fuerit ducentis an-
nis ante editam Bullam Pij Quinti? Et quidem
pro parte negativa haec obijciuntur non con-
temnenda argumenta. Primum sit desumptū
ex *Suar. tom. 2. de religion. lib. 4. cap. 13. num. 15.*
ubi affirmat, grave esse peccatum, aliquid, vel
augere, vel imminuere in Breviario Romano,
absque licentia Summi Pontificis. Quanvis
enim sit exigua pars illa, quæ additur, vel im-
minuitur, ex eo tamen gravissima reputatur,
quod perpetuum, ac veluti permanentem ri-
tum inducat; quæ similes ritus inducendi facul-
tas solūm est penes Christi Vicarium. Confir-
matur primò quia, licet ex illa mutatione, non
quidem totaliter, sed solūm partialiter Bracha-
rense Breviarium innovetur, cum tamen Pius
Quintus Romani Breviarij observantiam stri-
ctè præcipiat, illis exceptis, quæ ducentos an-
nos excedunt, non est procul dubio diffiden-
dum, hanc exceptionem vim habere privile-
gij, quod cum sit contra universale præceptū,
& communem recitandi legem, restringi, ac
prosulūm limitari debet, ut doctè probant *Sanch.*
de matrim. lib. 8. disp. 1. num. 1. & 4. Suar. lib. 8.
de legib. cap. 27. num. 5. cum Innocent. & Panormit.
in cap. *Quod dilectio, de consanguin. & affin.* Certum
igitur videtur, hanc exceptionem circa ducen-
torum annorū Breviaria à Pio Quinto factam,
non quidem favorabilem, sed odiosam esse ap-
pellandam, ideoq ad illa Breviaria restringen-
dam, quæ illius Bullæ tempore vigebant, & se-
cundūm formam, normamq recitandi, quam
tunc temporis habebant; non vero ad alia, quæ
succedentium annorum decursu mutari, aut
innovari poterāt. Quæ doctrina firmius adhuc,

& solidius robatur ex ipsis verborum ter-
minis, quibus in Bullæ tenore ipse Pontifex
usus est, qualia sunt illa verba: *alijs certis Bre-
vianis: ubi non obscure innuitur, Pontificem*
apertissimè locutum de Brevianis in illo certo,
ac determinato statu consideratis, in quo erant
dum Bulla ab eodem Pontifice ederetur. Con-
firmatur secundò quia, ut auctor est *Suar.* su-
pra citatus, si talis mutatio absque licentia Pa-
pæ in Breviario Romano exercetur, illa qui-
dem non canonica, sed portentosa, ac penitus
monstrosa mutatio ab omnibus crederetur. Ea
fermè ratione, quasi aliquis humano capiti
cervicem equinam vellet adiungere, non ve-
ram equi, sed monstri effigiem delinearet. Il-
lud quippe Breviarium cum partim cōalesce-
ret ex Romano, partim ex Bracharensi, mon-
stro simile redderetur. Quod tamen quam sit
absurdum quis non videt? Maximè, cum, tes-
te *Suar. lib. 4. cap. 11. num. 4.* nemini liceat Ro-
manum Breviarium in partem amplecti, & in
partem reiçere.

Secundum argumentum ex notissimo Ca-
nonistarum principio est eruendum. Omnes
enim fatentur, præcipuam legislatoris, ac totius
legis intentionem, & intellectum, ex ipsius le-
gis prœcio colligi debere. *Tiraquel. Alexander
de Nevo. Hippolytus. Gutiérres. & alijs, cum Sanches*
lib. 2. de matrim. disp. 37. num. 3. Sed totius Bul-
lae contextus, & prœcium clare indicant,
nullam aliam fuisse Pontificis intentionem,
quam unam recitandi formam in universa ec-
clesia constantissimè observari, omnemq am-
putari varietatem, qua episcopi peculiaria suis
diœcesibus Breviaria instituebant: ut patet ex
verbis, *prava illa consuetudo, ut episcopi privatum sibi*
quisque Breviarium consicerent, &c. & illam commu-
nionem inter se discerperent, &c. Ergo nulli fas erit
propria auctoritate aliquid communī recitan-
di formæ addere, minuere, vel innovare; cum
Pontifex id manifestissimè ostendat, & sola du-
centorum annorum Breviaria permittat in eâ-
dem forma permanere, ita ut nihil in illis pos-
sit deinceps innovari. Ex quo constat, licet
Bracharensis Breviarium ducentos annos ante
editionem Bullæ extiterit, nullam in eo posse
fieri mutationem. Et, ut verum fatear, hoc
mihi argumentum firmissimum videtur. Illud
vero ulterius confirmo quia, auctore *Sanch. de*
matrim. lib. 3. disp. 51. num. 12. & disp. 26. num. 6.
ex cap. *Abbate de verborum significat. cap. Si Papa*
*de privileg. in 6. & 1. 3. in principio, ff. de iureci-
rando. Gloss. cap. Solite, verbo, tanquam, de maiorit.*
& obedient. in Pontificum decretis, & sanctio-
nibus nulli verborum termini, imò neque ullæ
syllabæ sunt oriosæ, & inutiliter adhibendas;
sed in Bullæ contextu sunt quamplurima ver-
ba limitativa, & restrictiva illorum Breviario-
rum, quæ Romana non sunt; ergo ne illa verba
inaniter

inaniter adhibeantur aperte sunt intelligenda de omnibus in universum breviariis bullæ tempore editis, vel edendis, ita ut nihil in illis possit fieri additionis, vel immutationis, sed eadem, sub qua fuerunt approbata, semper formam retinerent.

4. Tertium argumentum. Ex eo quod Pius V. omnia universum breviaria, Romano excepto, annullaverit, & hoc solum ab omnibus observandum esse decreverit; consequenter sibi uni voluit reservare omnem episcoporum facultatem, & potestatem circa ipsius Romani breviarij mutationem in suis ecclesiis faciendam: ut docte probat *Suar. tom. 2. de relig. lib. 4. cap. 24. num. 13. & 14.* Ergo etiam ex eo quod idem Pontifex omnia, & sola breviaria approbaverit, quæ ducentos ante bullæ editionem annos attingerent, manifeste deducitur, sibi uni voluisse reservare omnem episcoporum potestatem, ut nihil deinceps possit variare in ijsdem breviariis. Confirmatur primò quia, ex ipso Pontificie bullæ tenore expresse deducitur reservatio merè privativa, qua Pius V. omnem episcopis ademit potestatem ad varianda breviaria ad illa usque tempora cœsam, ut optimè probat *Reginal. tom. 2. lib. 18. num. 171 fol. 120. his verbis.* Exceptis his, qui per brevia. rix ante 200. annos composita, & approbata, recitabat, predicta episcoporum potestas suspensa est propter abusus, quorum sit mentio in eadem bullæ: ergo cū semper hoc adsit abutendi periculum, eadem semper aderit prohibitio. Confirmatur 2. quia, inferior nihil variare, aut immutare potest circa legem superioris, quanvis non peculiariter reseruatam, ut docet *Sanch. de matr. lib. 7. disp. 7. nu. 6. Soar. de leg. lib. 6. cap. 14 num 4.* Glossa ultim cap. In quibusdam de pénis. Innocent in cap. dilectus de tempor. ordin. num. 2. & 3. & cap. 2. De eo qui furtivè ordines suscepit. Clement. ne Romani de elect. cap. Inferior de maiorit. & obed. Sed Pius V. omnium episcoporum maximus, & totius ecclesiæ superior, sela ducentorum breviaria approbavit, ergo nullus episcopus, vel Archiepiscopus aliquid circa illam superioris legem poterit innovare. Confirmatur 3. quia, iuxta regulam iuris in 6. Odia rest. ingi. favoris iōvenit ampliari: sed illud decretū, sive lex Pontificis nō quidē pénalis & odiosa, sed maxime favorabilis habetur: ergo extēda, & in Romanæ ecclesiæ favorē est ampliāda. Probo minorem quia, teste *Soar. de leg. lib. 5. cap. 4. num. 4. Sanch. de matr. lib. 1. disp. 1. nu. 4. cum Batt. Alberti. Salicet. Felin. Covar. & Sylvest. Sarmiento l. 1. select cap. 12. in eo lex favorabilis, & odiosa maxi. mē dignoscuntur, quod hæc novum, aut gravissonus imponat, illa vero favorem intēdat;* Sed præcipua intentio Summi Pontificis fuit divini cultus, ac religionis observantia, unamque indivisam unitatem in Romana ecclesia conservare, ut idem ubique gentium, & loco-

rū divini officij cultus omnipotenti Deo redideretur; ergo legem illam non in poenā episcoporum (quibus innovādi potestatē ademit) sed in Romanæ ecclesiæ favorem cessisse arbitandum est. Ex quō infero, in eiusdem ecclesiæ favorem ita esse extendendam, ut vel Romano breviario, vel alijs intra illud tempus & sub illa forma approbatis, omnibus in universum Christianis uti liceat; neq; penes episcoporum potestatē sit, aliquid in illis pro libito innovare.

Quia tamen contrarium in praxi tuta conscientia defendi posse quam plurimi arbitratur: nobis pro hac parte validioribus rationibus decertandum est, & pro viribus ostendendum, posse episcopos cum suo capitulo similē in suis breviariis facere mutationē, nulla præhabita facultate. Sit primum fundamentum. Spectato iure communī possunt Ordinarij cū suis capitularibus breviaria de novo cōpone, & composita emendare: ergo etiam poterunt reformatre, aliquid addendo, vel detrahendo breviariis iam compositis. Antecedēs probatur ex vulgari Canonistarum proloquo asserentium, posse episcopū in sua diœcesi, quidquid potest. Summus Pontifex in tota ecclesia, receptis rebus, vel ad ecclesiæ universalis regimen, vel ad finem spectantibus, vel illis specialiter prohibitis, ut latē probat *Sanch. lib. 1. de sponsal. disput. 61. numer. 3. & lib. 7. disput. 1. numer. 9.* Atqui breviarij institutio, vel emendatio neq; ad universalis ecclesiæ regimen, neque ad fidem pertinet, neq; ipsis episcopis nominatim, & specialiter prohibetur, ergo id poterūt episcopi. Confirmatur primò ex *cap. Novit dist. 12. & ex nostro capite primo huius distin.* ex quibus *Glossa ibidem colligit,* posse episcopos in suis diœcisis novos ritus inducere, quoad divinorum officiorum celebrationem, quo nomine venit breviarij recitatio. Consentit *Azor. part. 1. lib. 10. cap. 13. questione 11.* idemque potest deduci ex *cap. Novit, & cap. quanto, de his quæ sunt à prælatis.* Vnde eruit *Navar. lib. 3. consil. tit. de regularibus consil. 79. num. 2.* episcopis de iure communī licere suas ecclesiias abolutè gubernare, ideoq; posse novas Sanctorum festivitates insituere, quos universalis ecclesia peculiariter solemnitate non colit, vt probatur ex *cap. ultimo de ferijs, & cap. 1. de consecr. distin. 3. Felin. cap. 1. num. 18. de sponsal.* *Azor. part. 2. lib. 1. cap. 26. quest. 1. Couar. lib. 4. variat. cap. 19. num. 4. Sanch. decal. lib. 2. cap. 43. nu. 9. Reginald. in praxi lib. 19 nu. 6. Soar. tom. 1. de relig. lib. 2. cap. 11. num. 4. & sequent.* Ergo similiter poterit Archiepiscopus Bracharēsis Hispaniarum Primas, suæ diœcesis breviarium per aliquam additionē innovare, & in meliorem formam, usumque faciliorem illud reducere.

Confirmatur secundò quia ad derogandum potestati, quæ alicui convenit de jure cōmuni, requiritur

requiritur clausula expressa derogatoria; nam cum hoc sit odiosum, est strictè interpretandum. Quod adeo firmum, ratumque existimat Sanches lib. I. de sponsal. disp. 17. num. 6. ut cum multis doceat, ad evitandam iuris communis correctionem, licere etiam à propria verborum forma recedere; ergo cum illa potestas de iure communi episcopis concedatur, ut istud ius commune limitetur, talisque potestas auferatur clara, & expressa verba requiruntur in lege irritante. Quod verò nulla dentur huiusmodi verba, apertissimè ostendo quia, in illis verbis bullæ: Statuentes breviarium ipsum nullo unquam tempore, vel totum, vel ex parte mutandum, vel ei aliquid addendum, vel omnino detrahendum esse: loquebatur Pontifex de ipsomet Romano breviario, quod immutari omnino interdicit; unde hoc minimè est extendendum ad alia non Romana breviaria, quæ licet ab ecclesijs particularibus ex permissione eiusdem bullæ & Pontificis fuerint retenta. Neque valet exemplū à Simili, vel à contrario sensu, neq; ab identitate rationis; hæ enim extensiones nunquam fiunt in lege penal, quæ expressionem criminis, personæ, & casus postulat, ut asserunt Castro lib. I. de potestate legis penalis cap. 71. document. 3. Afflatis decis. 12. numer. 7. Franciscus Coccius in cap. translatio de constit. num. 5. &c alij apud Sayro in clau. reg. lib. 3. cap. 8. num. 9. nam lex pœnalis non fundatur solùm in ratione, ut aliæ leges, sed etiam pendet ex legislatoris voluntate; ergo sine predicta expressione non est extendenda. Idem præterea ostenditur in bulla Gregorij XIII. quæ ad finem breviarij solet adduci; ubi prohibetur fieri proprium officium de Sanctis, qui illiis diæcessis non sunt naturales, neque ecclesiæ patroni, vel quorum reliquie notabiles, & gradiiores in eadem ecclesia asservantur. Pontifex enim in tali bulla, solùm loquitur de illis ecclesijs, quæ Romano breviario utebantur. Etenim ne Romani breviarij ordo multum inverteretur, prohibuit omnium Sanctorum Hispanorum in omnibus Hispaniæ ecclesijs officia recitari, nisi predictas bullæ conditiones haberent; Braccharensis autem sedes nūquam Romano breviario usus est; Unde omni ablato scrupulo, potest de consensu Archiepiscopi, & Capituli, cuiuscunque Sancti canonizati officium recitare. Neq; desunt aliqui viri docti, qui existiment hanc bullam Gregorij XIII. non esse usu, vel praxi receptam, cum in Hispania plurimorum Sanctorum

officia recitentur, absque illis conditionibus, quas bulla requirit. Similiter neque in bulla Clementis VIII. ullum verbum est; quod antiquam episcoporum potestatem in minimo abrogare, vel limitare videatur.

Secundum fundamētum sit, quia auctorum memoria traditum est, breviarium Compostelanum, secundo anno post editionem breviarij Romani, abque aliqua summi Pontificis licentia, reformatum, & emendatum fuisse ab illostrissimo, & reverendissimo, Archiepiscopo Compostellano D. Gaspare Alunicha, qui in epistola ad suum Capitulum, quæ referuntur in principio eiusdem breviarij reformati anno 1569. hæc addit expressa verba: Addita sunt multa, sublata nonnulla, quæ frigidè sanctorum sententijs admixta, & apocrypha non pauca rejicimus, ex veteribus meliora sufficientes, ac denum ea diligentia singula sumus persequuti ut non tam novum breviarium ex veteri, quam recens natum esse videatur. In quo facto securus fuit iudicium Navarti illa tempestate, & omni in futurum ævo clarissimi, qui in tractatu de oratione cap. II. num. 27. & sequentibus, affirmat, posse prælatos proprias recitandi formas inducere, & veteres renovare. Probatur ulterius. Cum enim Pius V. facultem cōcesserit, ut relictis antiquissimis breviarijs, posset quis Romanum breviarium assumere, coquè impunè uti, etiam consequenter concessit, ut nisi totum vellet, aliquam saltem illius partem libere posset amplecti, cū ex Logicorum doctrina in toto partes contineantur. Illud tandem pro coronide est addendum, quod præcipuum contrariæ opinionis fundamētum videtur infirmare. Quanvis scilicet Pius V. lege cautum ac sanctū esse decreverit, ne quis aliquid in Romano breviario immutaret, non inde bonum deduci argumētum ad reliqua breviaria. Dispar ratio est quia, cum Romana ecclesia sit totius fidei caput, & fundamentum, iure optimo maior in ea unitas, & rerum cōcordia requiritur, quam in alijs ecclesijs, ita ut omnia in ea consonent, & nihil dissidium, vel discorde appareat. Neque in hac re est mediocre argumentum, quod contigit Saracissimo ordini Divi Benedicti, ubi omnium monachorum consensu, nostra hac ætate, eiusdem ordinis breviarium per novam additionem, & immunitiōnem reformatum est. Quare ergo non poterunt episcopi, quod viris religiosis propria sui ordinis auctoritate concessum est?

Illorum consuetudo mihi semper optimis, & maximè laudabilis visa est, qui ex pera-
ctis, absolutisque operibus magis diffidentiae, & disiplentiae concipiunt, quam superbie, & complacentiae; cum teste Solone, plerunque erret, qui nimurum sibi placet. Quia propter cum hæc Decreti commentaria typis iam excusa vide-
re ni, non acquievit animus, nisi integrum vo-
lunten iterum perlegeret, & bis ad limam re-
vocaret; ægrè enim, & dolenter ferrem, si ali-
quid in meis libris offenderetur, quod vel ca-
tholicæ religionis puritatem, vel pietatis inte-
gritatem, vel veritatis synceritatem levissima
ex parte minuere, aut labefactare videretur.
Cum omnia in Pontifice optimæ iuuentutis educationi, morum probitati, ecclesiæ conser-
vationi, & studiorum utilitatibus, debeant inti-
lare; nihil in moribus, vel in scriptis, & doctri-
na veritati dissonum, aut discors habere. Dum
igitur mea evoluerem scripta, aliqua offendit,
qua typographi negligentia, & obliuione sub-
terfugérunt. In primis enim dist. 47. cap. 3. num.
1. fol. 370. assertitur, esse opinionem probabi-
lem, posse aliquem protutando honore duellū
acceptare, & pro hac parte citatur ibi *Filiucus*,
qui tamè nullo modo hanc opinionē dicit pro-
babilem, sed solum affirmat *Posse aliquibus videt-
i probabilem* ob aliquot fundamenta, que ibi ad-
ducit, ut erat in originali nostro quia ab hac
opinione sic meus semper animus à berravit;
ut illam omnino temerariam, & audacissimā
damnare audeam; ideoq; duellum qui illo ci-
tulo acceptant, non solum gravissimè delin-
quunt, sed multis etiam pœnis plectuntur qua
in Bullis Pontificalibus exprimuntur, ut vide-
re est apud *Ioan. de Eignan.* in tract. de duello à cap.
20. usque ad fin. qui doctè probat, eam esse in
duello criminis atrocitatem, & adeo horren-
dam flagitij gravitatem, ut omni iure diuino,
naturali, & Pontificio, ac civili sit prohibitum.
*Quod etiam latè ostendunt Mar. Socin. Iun. in
conf. 122. vol. 2 num. 1. Henr. Boic. in cap. 1. de cler.
pugn. in duell. Vin. in sua sylva communium opin. in
opin. 232. Lucas Floronius in tractatu de prohibitione
duelli cap. 1. §. 1. quis ergo audebit dicere duellū
tot iuribus prohibitum posse aliquando
tutandi honoris gratia acceptari? An proprij
honoris conservatio poterit divini juris inte-
gritatem violare? An plus facienda est levissima
honoris ambitio, quam divinæ legis ob-
servantia? Absit tantum nefas, & piaculum.
satius est gravissimam honoris iacturam, imò
etiam ipsius vitæ detrimentum pati, quam ali-
quod vel exiguum facinus in divinas comit-
tere. Quis vero catholicus adeo erit ad vecordiam,
saniamque redactus, ut tot Bullas Pó-
nificali annulo obsignatas pro contemptu ha-
beat, siue honoris conservationem pluris
faciat? Hunc non clementem hominem, sed*

belluam potius dicam sanguinariam. Cū enim
tot Sanctissimos Pontifices Iulium secundum,
Leonem decimum, Rium quartum, Clementē
septimum, & octavum, Gregorium decimum
tertium, dnellum videat ardentiissimis verbo-
rum facibus prohibentes, audet tamè illorum
increpationibus obseratas aures admoveare, ut
tenuissimam honoris umbram tueatur.

Illud præterea non mediocre huius flagitij 2
est argumentum, quodque in duellis gravitatē
multum auget, si nempe illarē pœnæ conside-
sentur. Primo enim incurrit excommuni-
cationem latæ sententia. Illorum bona vena-
lia exponuntur. Vbiique possunt capi. In con-
flitu morientes carent ecclesiastica sepultura.
Si sint clericis deponuntur, & ipso facto priva-
tur omnibus beneficijs, manentque inhabiles
ad ipsa, vel alia in posterum obtinenda. Quas
omnes pœnas latissimè prosequibus *Lucas Flo-
ronius* citatus in cap. 5. nn. 1. & sequent. ubi quām
plurimos autores citat. Deinde pro hac parte
argumentor efficaciter. Si quis duellum com-
mittat alicuius iussu, & imperio coactus, qui
mortem ipsi minatus fuit ni descéderet in arc-
ham, manifestè incident in pœnas duellatoribus
impositas, ut cum multis probat auctor cit. §. 1.
num. 6. ergo cum vita sit omnium honorū ma-
ximum, & honoris famæ, ac fortuarum fun-
damentum, si aliquis ipsa conservanda nō po-
test duellum acceptare, minus poterit pro tu-
tando honore. Quām sententiam adeo certam
existimo, ut contrariam nullo modo defendē-
dam proponam; imo illam omnino reprobē.

Quia vero hanc in segetem falcam misimus 3
non intempestivam, iuvat hoc loco binas in-
texere quæstiones, quas brevissimè tātum per-
slingemus. Prima quæstio inquit. Vtū duellū
pugnis committentes incident in Bullæ
pœnas? Placet responsio negativa, quia ubi cel-
sat præcipuus finis, & ratio legis, cessat etiam
ipsa lex & prohibitio; sed quando pugnis in
duello decertatur, neque corpora sunt crue-
ta neque inde provenit animalium perditio,
qua erat præcipua ratio prohibitionis, ergo
per illud duellum minime incurritur pœnæ
per Bullam inflata. Ita *Vgolinius* in tractat. de of-
ficio. & pot. episcopi. part. 1. cap. 8. §. 2. num. 2. vers.
quinto, *Floronius* cap. 3. §. 8. Imo addit *Caetanus* in
summa, verbo, duellum semper, non solum non
incurrere prescriptas Bullæ pœnas, sed nullo
modo esse peccatum, quando nullum datur vi-
ta, aut mutilationis periculum. Magis tamen
placet *Sylvester* in summa, verbo, duellum trah. 2.
in fin. affirmans, esse peccatum mortale, prop-
ter odium plerunque ibi, interveniens.

Secunda quæstio esse potest. Vtū duellū
baculis committentes incident in dictas pœnas?

Est qui:

Est quidem quæstio nostræ Lusitaniæ satis opportuna, ubi non solum inter agrestes homines, & incultos ovium pastores, multoties (ut inquit Virgilius) *Stipitibus duris agitur, sudibus rē præustis;* sed etiam inter urbanos, & oppidanos hæc baculorum rixa frequens est; maximè inter clericos, qui dum prohibentur gladium, vel pugionem lateri accinctum gestare, baculis armantur, *se vosque gerunt in bella dolones,* ut ait *Maro Aeneid. 7.* qui dolones, sunt baculi quidam ferrati, durissimum armaturæ genus. Si igitur contingat, ut quibuscumque baculis duellum

